PRAEFATIO.

Librum Tibi offero, benevole lector! e studiis et laboribus assiduis multorum annorum ortum, in quo omnia, quae de familia Heliceorum ad hunc diem mihi innotuerunt — exclusis speciebus, quae statu fossili solummodo cognitae sunt, — ordine systematico redigere suscepi. Maximam partem specierum, quas descriptas invenies, ipse in collectione servo, permultas, quas nondum possideo, in Musaeis, praecipue Londinensibus, examinavi et novas, methodo adoptatae congruas, diagnoses earum conscripsi. Illas species, quas sufficienter exacte examinare mihi non contigit, cum originaria auctoris descriptione eo, qui aptus mihi videbatur, loco inserui signoque † notavi. Cuidam reliquarum descriptioni indicationem adjeci Musaei, in quo specimina typica reperiuntur, vel numerum, sub quo in collectione mea servantur.

Synonymiam, quantum fieri poterat, completam dedi, omissa tamen, quo spatio parcerem, synonymorum antiquiorum et recentiorum copia a Chemnitzio, Lamarckio et Deshayesio jam citatorum. Ea tantum ex illis citavi opera, quae ad specierum cognitionem accuratiorem aut descriptionibus aut figuris bonis utiliter conferre possunt, vel nomine diverso species designarunt.

Mensurae singularum specierum in universum e speciminibus typicis desumtae sunt, ut proportiones longitudinis et latitudinis, vel diametri majoris, minoris et altitudinis, vel aperturae, ad specimina majora vel minora facile reduci possint. Mensura usus sum a Gallis nunc universaliter adoptata, quippe quae unica invariabilis et ubique nota mihi videbatur. Rationem progressus anfractuum (conf. Phil. Symb. II. p. 6.) in illis casibus addidi, quibus ad dignoscendas species affines majoris momenti eam esse observavi.

In testis heliciformibus a me descriptis diametrum majorem, minorem et altitudinem indicavi, illum metiens a parte antica aperturae (incluso peristomate) ad punctum peripheriae anfractus ultimi illi oppositum; diameter minor mihi est dimensio testae angulum rectum cum illo formans; altitudinem in his mensus sum a vertice ad basin axis (nec ad basin aperturae). — In testis buliminiformibus longitudinem indicavi et diametrum, illam metiens a vertice ad basin aperturae (incl. perist.), diametrum autem nominavi lineam suturae subparallelam, a peristomatis margine supero usque ad convexitatem oppositam anfractus ultimi. — In testis fusiformibus plerumque locum indicavi, quo diametrum maximum, cum axi angulum rectum formantem, mensus sum: vel in medio testae vel in anfractu penultimo, etc.

Terminologia in describendis testis usus sum ab O. F. Müller primum exactius adhibita et a Rossmässler (Iconogr. I. p. 26—38.) optime exposita.

Quidquid de speciebus hodie parum vel omnino non cognitis tempus mihi docuerit, serius in supplemento Tibi proponam.

Praemissis his paucis librum Tibi trado, benevole lector, orans, difficultatum sis memor, quae in elaborando ejusmodi opere superandae fuerunt, et mendis vel erroribus indulgeas, quibus Monographiam meam haud expertem esse persuasus sum.

Casselliae, mense Augusti 1847.

L. Pfeiffer, Dr.

INTRODUCTIO.

§. 1.

Familiae Heliceorum definitio.

Helicea (sc. Mollusca) mihi sunt familia altera Gastropodum coelopnoorum gymnostomoru… tetracerorum (Conf. Pfr. Symb. I. p. 4.), characteribus sequent… ibus ab omnibus aliis distincta:

Animal hermaphroditum…, aëreni pulmonibus spirans, cephalophorum, tentaculis 4 retr… actilibus, superioribus 2 majoribus, apice oculatis, inferioribus… 2 minoribus (in speciebus nonnullis minutis generis Pupae s. Ve… rtiginis [sed non in speciebus generis Partulae Fér.] vix conspicu… s vel obsoletis) instructum, solea lata corporis glutinosi repens, v… isceribus in cono dorsali spirali, magis minusve elongato, testa sp… irali munito, positis.

Limacea, priorem ej… sdem Tribus (Tetracerorum) familiam sistentia, modo testa spi… rali deficiente vel obsoleta ab Heliceis diversa sunt, reliquae a… tem Coelopnoorum non operculatorum familiae, tribum *Diceror*… *um* constituentes, tentaculis 2 contractilibus (nec retractilibus),… basi interna (*Auriculacea*) vel externa (*Limnaeacea*) oculatis fa… ile distinguuntur.

§. 2.

S… nonyma familiae.

Familia nostr… re ab omnibus auctoribus recentioribus eodem vel latior… u adoptata, sed variis nominibus designata, varioque modo… est:

Cl. Dr… aud 1806 (Hist. nat. p. 23.), qui nomini… m usus est, Gastropoda testa inoperculata … quadritentaculata divisit in: *a. nuda* (genus: … *nita* (genera: Testacella, Vitrina, Helix, Suc… a, Clausilia). — Sectio altera (excl. Testa… end.

… Lamarck 1809 (Phil. zool.) sub nomine gal… miliam constituit primam Gastropodum spira… e, genera complectentem sequentia: Helicem, … elicinam *), Achatinam, Bulimum, Pupam. —

*) … nimale et operculo illo tempore nihil cognitum erat.

Anno 1812 (Extrait du Cours d… e Zool. du Mus. d'hist. nat.) cele-
berrimus auctor eandem famil… iam (primam Trachelipodum) di-
visit in: *a. quadricornia* (genera: … Helix, Helicella, Helicina, Pupa,
Bulimus, Amphibulimus, Achati… a) et *b. bicornia* (genera: Cyclo-
stoma, Vertigo, Auricula). — Si… nili modo auctor 1822 (Hist. nat.
d. anim. s. vert. vol. VI. P. 2. p. … 61, ed. Desh. vol. VIII. p. 10.)
nomine: *Colimacés* primam famili… m Trachelipodum phytophago-
rum sic divisit: *a. tentaculis* 4 (g… enera: Helix, Carocolla, Ano-
stoma, Helicina, Pupa, Clausilia, … Bulimus, Achatina, Succinea),
et *b. tentaculis* 2 (genera: Auricu… la, Cyclostoma). — Vitrina a
Lamarckio familiae Limaceorum … adnumeratur. — Familia La-
marckiana sub nomine: *Colimacea* … eadem latitudine a Jay (Catal.
1839) adoptata, ab aliis sensim de… urata et emendata est.

3) Cuvier 1817 (Règne anima… II. p. 404.) inter Pulmonata
terrestria genus *Helicem* sensu lat. h… abet, cujus subgenera sunt:
Helix, Vitrina, Bulimus, Pupa, Sca… rabus, Chondrus, Succinea,
Clausilia et Achatina. In editione … ltera (1830.) Carocollam et
Anostoma subgeneribus addit et Sca… rabum eliminat, qua emen-
datione genus familiae nostrae satis … ene respondet.

4) Férussac 1819 (in Prodr. p… 18.) et 1821 (Tabl. syst.
p. XXXI.) subordinem Pulmonatorum … non operculatorum geophi-
lorum in duas familias divisit, quaru… n altera: *Cochleae* exacte
omnia genera a me in familia Heliceoru… m adoptata complectitur.
Claro autem auctori genera sunt: *a. te*… *racera:* Helicarion, Heli-
colimax, Helix (subgenera: Helicopha… nta, Cochlohydra, Heli-
cogena, Helicodonta, Helicigona, Helice… lla, Helicostyla, Cochlo-
styla, Cochlitoma, Cochlicopa, Cochlice… lla, Cochlogena, Cochlo-
donta, Cochlodina) et *b. dicera:* Vert… igo, Partula. — Genus
Polyphemus Montf. in tab. synopt. p. 19 … doptatum serius (p. 50.
et tabl. syst. p. XXXII.) Helici iterum inju… ngitur.

5) Schweigger 1820 (Naturgesch. … p. 741.) in Coelopnois
terrestribus genus *Helicem* adoptat, Cuvie… simile, cujus sub-
genera sunt: Succinea, Scarabaea, Chon… Pupa, Bulimus,
Helix, Vitrina.

6) Studer 1820 (Syst. Verz. p. 11… iliam una cum
Limaceis in genere *Glischri* comprehendit, …
sunt: Limax, Hyalina, Tapada, Helix, Bulin…
Clausilia.

7) W. Hartmann 1821 (Neue Alpin…
nostra et Limacea comprehendit in Gastropo…
terrestribus et amphibiis. Genera ei sunt: …
Pupa, Bulinus, Helix, Limacina, Limax, Lim…
— Eodem anno (in Sturm's Fauna Deutschl. A…
generibus addit Daudebardiam.

8) Blainville 1824 (Dict. d. sc. nat. to…
1825 (Man. de Malac. p. 454.) tertiam familia…

torum *Limacinea* habet. Genera sunt: a. Succinea, Bulimus, Achatina, Clausilia, Puppa, Tomogerus, Helix — b. Helicolimax, Testacella, Parmacella, Limacella, Limax, Onchidium.

9) Risso 1826 (Hist. IV. p. 58.) familiam *Helicidarum* in Adelobranchiis constituit, cujus genera sunt sequentia: Succinea, Helicogena, Helix, Cantareus, Helicodonta, Helicigona, Hygromia, Helicella, Theba, Cochlicella, Bulimulus, Rumina, Cochlicopa, Ferrusacia, Acicula, Vediantius, Orbitina, Crenea, Saraphia, Clausilia, Pegea, Jaminia.

10) C. Pfeiffer 1828 (Naturg. III. p. 3 et 55.) in universum methodum Ferussacianam adoptat. Male autem praeter Helicophantam, Vitrinam, Succineam, Helicem et Vertiginem *Cochlearum* generibus etiam adnumerat Carychium et Cyclostoma.

11) Menke 1828 (Synops. p. 8.) familiam *Helicearum* (secundam Geophilarum) divisit in: *a. tetraceras* (genera: Helicarion, Vitrina, Daudebardia, Succinea, Helix, Carocolla, Anostoma, Bulimus, Achatina, Clausilia, Pupa et *b. diceras* (genera: Vertigo, Partula). — In secunda editione 1830 eadem distributio servata est mutatis nominibus in: *Geophila* et *Helicea*.

12) Fleming 1828 (Brit. anim. p. 255.) *Helicidas* priorem subfamiliam Cochleadarum inoperculatorum habet. Genera: Carocolla, Helix, Bulimus, Achatina, Succinea, Vitrina.

13) Rang 1829 (Manuel p. 156.) familiam Ferussacianam adoptat (*les Limaçons*). Genera ei sunt: Vitrina, Helix, Vertigo et Partula.

14) Deshayes 1830 (Encycl. méth. II. p. 552. tabl.) in secunda familia Pulmobranchiatorum genera admittit: Vitrinam, Helicem, Anostoma, Bulimum, Succineam et Pupam.

15) Cristofori et Jan 1832 (Catal. p. 1.) genera Heliceorum in familia secunda et tertia Pulmonatorum terrestrium enumerant. Familia secunda: *Helicoidea* (genera: Helicophanta, Vitrina, Helix); familia tertia: *Cochloidea* (genera: Achatina, Polyphemus, Columna, Bulimus, Pupa, Vertigo, Chondrus, Clausilia, Succinea).

16) Wiegmann 1832 (Handb. d. Zool. p. 523.) in secunda familia Pulmonatorum — *Helicinis* — genera habet: Vitrinam, Succineam, Helicem, Bulimum, Pupam, Clausiliam, Vertiginem.

17) Fitzinger 1833 (Syst. Verz. p. 92.) Helicoidea et Cochloidea Crist. et Jan nomine *Helicoideorum* comprehendit. Genera in Austria obvia: Helix, Conulus, Pyramidula, Monacha, Helicella, Latomus, Isognomostoma, Trigonostoma, Chilostoma, Gonyodiscus, Discus, Vitrea, Aegopis, Oxychilus, Helicopsis, Clausilia, Fusulus, Styloides, Bulimus, Torquilla, Cylindrus, Pupa.

18) Beck 1837 (Ind. moll. p. 1.) Heliceorum genera in familia *Cochleadeorum* comprehendit et in quatuor tribus dividit.

quibus nomina: *Vitrinida* (genera: Vitrina, Helicarion, Helicopsis, Nanina cum 3 subgeneribus, et Stenopus), *Helicida* (genera: Daudebartia, Helix cum 45 subg., et Artemon), *Bulimida* (genera: Bulimus cum 20 subg., Achatina cum 10 subg., Pupa cum 11 subg., Clausilia cum 3 subg.), *Succinida* (genus: Succinea cum 4 subgeneribus).

19) Charpentier 1837 (Catal. des moll. terr. et fluv. de la Suisse) inter mollusca terrestria sequentia adoptat genera Heliceis adnumeranda: Vitrinam, Succineam, Helicem (subgenera: Helix Fitz., Cryptomphalus Agass., Chilostoma Fitz., Trigonostoma Fitz., Carocolla Lam., Conulus Fitz., Helicella Fitz., Delomphalus Ag., Hyalinia Ag.), Bulimum (subgenera: Polyphemus, Folliculus Ag., Bulimulus), Pupam (subg. Eucore Ag., Sphyradium Ag., Chondrus Cuv.), Clausiliam, Vertiginem.

20) Held 1837 (Isis p. 905.) Pulmonaceorum familias enumerat: *Helices* (genera: Cepaea, Coenatoria, Cingulifera, Corneola, Lenticula, Xerophila, Fruticicola, Trochiscus, Gonostoma, Tragomma, Patula, Polita), *Bulimos* (genera: Zebrina, Merdigera), *Pupas* (genera: Gonodon, Granaria, Orcula, Torquatella). — Reliquae familiae publico non traditae sunt.

21) D'Orbigny 1837. (Moll. canar.) nomen gallicum familiae male vertit in: *Colimacidae.* Eodem nomine 1841 (Moll. cub. I. p. 137. 140.) in secunda familia Pulmobranchiatorum genera admittit: Vitrinam, Succineam, Helicem, Achatinam, Bulimum, Pupam, Clausiliam.

22) Potiez et Michaud 1838 (Galérie de Douai I. p. 64.) in familia *Cochlearum* genera habent sequentia: Vitrinam, Succineam, Helicem, Achatinam, Bulimum, Pupam, Clausiliam, Vertiginem, Partulam.

23) Sowerby 1839 (Conch. Man.) et 1842 (ib. ed. II. p. 112.) familiam *Colimaceorum* in Trachelipodibus adoptat et in 3 sectiones dividit, quarum prima genera continentur sequentia: Succinea, Helix, Anastoma, Streptaxis, Bulinus, Achatina, Pupa, Clausilia. (In secunda et tertia sectione Auriculacea et Cyclostomacea tractantur.) — In explicatione figurarum (p. 302.) genera adduntur sequentia: Proserpina, Polygyra, Carocolla, Achatinella, Polyphemus, Azeca, Alaea, Vertigo, Megaspira, Balea et (p. 311.) Stenopus.

24) Gray 1840 (Manual p. 101.) in Pneumonobranchiatis inoperculatis terrestribus duas familias distinguit: *Arionidas* et *Helicidas*, quarum in subfamiliis *Limacinorum, Vitrininorum, Testacellinorum* et *Helicinorum* sequentia tractantur genera: Limax, Vitrina, Testacella, Helix, Zonites, Succinea, Bulimus, Zua, Azeca, Achatina, Pupa, Vertigo, Balea, Clausilia. — In Synopsi Mus. Brit. (ed. 1840 et) 1842 (p. 67 et 90.) systema ab auctore fusius expositum est. Genera a me Heliceis adscripta in duabus familiis

tractata sunt, quarum utraque genera comprehendit nuda et testa praedita. In familia *Arionidarum* genera sunt sequentia: *a.* Arion, Phosphorax, *b.* Helicarion, *c.* Nanina, Stenopus, *d.* Zonites — in familia *Helicidarum* haec: *a.* Limacellus, Scutelligera (e classe Molluscorum jamdiu eliminata), Mehimatium (Meghimatium van Hass., Fér.), *b.* Limax, *c.* Parmacellus, Cryptella, Pectella, Vitrina, Helicolimax, Omalonyx, *d.* Plectrophorus, *e.* Testacellus, *f.* Helix, Streptaxis, Anostoma, Helicodonta, Polydontes, Pleurodonta, Dentellaria, Carocolla, Iberus, Chilotrema, Odontostylus, Helicophanta, Tapada, Amphibulina, Epistylium, Mesomphyx, Proserpina, Delomphalus, Hyalina, *g.* Bulimus, Megaspira, Pupa, Abida, Clausilia, Balea, Siphonostoma, Bulimulus, Succinea, *h.* Achatina, Macrospira, Polyphemus, Achatinella.

25) J. D. W. Hartmann 1840 (Erd- und Süssw. Gast. I. Syst. Uebers.) in Pneumonealis Geophilis sequentia habet genera: Auriculam, Clausiliam, Chondrum, Pupam, Bulimum, Helicem (cum subgen. plur.), Helicophantam, Testacellam, Vitrinam, Succineam.

26) Swainson 1840 (Treat. on Malac. p. 160 et 326.) in familia *Helicidarum* omnes sectiones Pulmonatorum comprehendit. Dispersa reperiuntur genera Heliceorum in subfamiliis *Limacinarum* (Vitrina, Stenopus, Succinea), *Lucerninarum* (Leiostoma, Lucerna, Lucernella, Pusiodon, Thelidomus), *Helicinarum* (Helix, Geotrochus, Pupa, Helicella), *Achatinarum* (Clausilia, Bulimus, Achatina).

27) Reeve 1841 (Proc. Zool. Soc. p. 76.) et 1842 (Conch. syst. II. p. 64.) familiam *Colimaceorum* in Pulmobranchiatis habet. Genera: Helix, Carocolla, Anostoma, Pupa, Clausilia, Bulimus, Partula, Achatina, Succinea.

28) Gould 1841 (Invert. of Massach. p. 169.) eodem nomine *Colimaceorum* familiam designat, ex qua genera tractantur: Helix, Pupa, Bulimus, Succinea (et Auricula).

29) A. Catlow 1845 (Conch. Nom.) omnino systema Reeveanum sequitur, addito genere Achatinella.

30) Agassiz 1847 (Nom. zool. Ind. univ.) nomen familiae mutandum proponit in: *Helicoidae.*

De omnibus hisce auctorum methodis et de vario modo, quo ipse familiam tractaverim, conferantur in Herrmannsen ind. gen. Malacoz. prim.: *Helicea, Helix Cuv., Colimacea* etc.

§. 3.

Genera adoptata.

Etsi in familia Heliceorum typi sufficientes existere videantur ad formanda et determinanda bona genera, tum ex animalium structura peculiari, tum e testarum figura, tamen difficillimum

est, immo forsan impossibile, circumscribere haec genera characteribus tam exactis, ut species nulla ambigua remaneat inter plura genera.

Nonnulla genera ab auctoribus proposita sunt, quae animalis structura bene distincta videntur, e. gr. *Ariophanta Desmoul.* (*Nanina Gray, Tanychlamys Bens.*), pallio laciniato et poro mucoso (uti Arionis), *Stenopus Guild.*, « cauda tentaculata, tentaculo subretractili, glandula ad basin posita » ab Helice — et *Glandina Schum.*, ore proboscidiformi bipartito ab Achatina diversae. Sed cum eo praesertim consilio librum meum conscripserim, ut omnes species testarum in collectionibus exstantium rite dignosci et determinari possint, species ex animalis structura ad genera illa pertinentes in aliis generibus loco testa eis assignata enumeravi, quia characteres non existunt, quibus testa Ariophantae, Naninae vel Stenopodis ab Helice distinguatur, et characteres generici Glandinae absque limite in eos Achatinae transeunt.

Quare genera Heliceorum, Lamarckianis quantum fieri poterat applicata, magis minusve exacte circumscripta, ad omnes species excipiendas a me adoptata, sequentia sunt: *Daudebardia, Vitrina, Succinea, Helix, Anostoma, Tomigerus, Streptaxis, Proserpina, Bulimus, Achatinella, Achatina, Gibbus, Pupa, Cylindrella, Balea* (includens Megaspiram), *Tornatellina* et *Clausilia*.

Generum characteres.

§. 4.

I. Daudebardia Hartm.

Testa perforata, cornea, depressa, paucispira, horizontaliter et rapide involuta, anfractu ultimo permagno; apertura obliqua, amplissima (Species vid. vol. II.).

Daudebardia Hartm. in Sturm Fauna Abth. VI. H. 5. 1821. p. 41.
— *Menke* Syn. p. 8. Ed. II. p. 14.
Helicophanta C. Pfr. Naturg. III. p. 3. 55.
— *Desh.* Encycl. méth. II. p. 269.
— *Rossm.* Iconogr. I. p. 84.
— *Hartm.* Erd- u. Süssw. Gast. I. 1. p. 7. 10.
— *L. Pfr.* Symb. I. p. 5. II. p. 63. III. p. 45.
Daudebartia Beck ind. p. 5.

Genus transitum evidentem a Limaceis ad Helicea formans. Animal enim omnino limaciforme testam parvulam in parte posteriore gerit, nec ullam partem pedis in illa recondere potest. — Perpaucae modo ejus species notae sunt, testa a nonnullis Helicis cohortibus vix distinguendae. Férussac species 2 illo tempore cognitas monstruoso suo generi Helicis injunxit et una cum Helice caffra, cornu giganteo et magnifico in subgenere Helicophantae

enumeravit. Hartmann primus genus distinctum esse agnovit, quod nomine *Daudebardiae* ornavit. Serius C. Pfeiffer de genere sub nomine *Helicophantae* tractavit, minus bene nomen Ferussacianum servans, quippe quod praeter Daudebardias etiam Helices veras comprehendit.

§. 5.

II. Vitrina Draparnaud.

Testa imperforata, tenuissima, depressa; spira brevis, anfractu ultimo magno; apertura magna, lunata vel rotundata, margine columellari subinflexo, saepe membranaceo-marginato. (Spec. vid. vol. II.)

Vitrina Drap. hist. nat. p. 23 et 30.
— *Lam.* hist. vol. VI. 2. p. 52, ed. Desh. VII. p. 726.
— *C. Pfr.* Nat. I. p. 12. 46. III. p. 3. 55.
— *Rossm.* Icon. I. p. 73.
— *Gray* Man. p. 118.
— *Potiez* et *Mich.* Gal. I. p. 64.
— *Reeve* Conch. syst. II. p. 62.
— *Callow* Conch. Nom. p. 117.
Vitrinus Montf. Conch. syst. II. p. 239.
Cobresia Hübner Monogr. von Testaceen. 1810.
Hyalina Stud. syst. Verz. p. 11.
Limacina Hartm. in Neue Alpina I. p. 207.
Helixarion et *Helicolimax Fér.* prodr. p. 20. 21.
Helicarion Fér. tabl. syst. p. XXXI. et Voy. de Freyc.
Helicolimax Blainv. in Dict. sc. nat. vol. 32. p. 254.
Vitrina, Helicarion et *Simpulopsis Beck* ind.
Helicarion, Vitrina et *Helicolimax Gray* Syn. Brit. Mus. 1842. p. 90.

Animal Limaceis etiam affine, testa sua majus, sed pallio antrorsum elongato, transversim rugato distinctum. Quoy et Gaimard similem pallii formationem in Helice citrina L. aliisque observantes, has species *Vitrinae* injunxerunt (sequente Anton Verz. p. 33.), quod non approbandum, quia pallium in illis laciniatum et reflexum est et testa quoque habitum Vitrinarum genuinarum non exhibet. E speciebus sic conformatis Desmoulins 1829 genus *Ariophantam*, Gray 1834 *Naninam* formavit, quod genus in systemate naturali, animalis structura modo fundato, servandum erit, in mea autem distributione (testarum cognitioni potissimum adaptata) Helici insertum est. — Férussac duo distinguit genera: *Helicarionem* (antea *Helixarion*), poro mucoso terminali instructum, et *Helicolimacem*, poro illo destitutum (genuinam Draparnaudii Vitrinam). Eum sequitur Beck, qui in tribu Vitrinidorum genera *Vitrinam*, *Helicarionem*, *Helicopsin* et *Naninam* admittit. Plerique autem auctores recentiores ambo

genera nomine *Vitrinae* conjunxerunt, id quod ego quoque feci, *Simpulopsin* Beckii (auctori subgenus Succineae), inter Vitrinam et Succineam ambiguam, sed ad Vitrinam ex mea sententia potius referendam, huic generi adnumerans. — Plures autem species ab auctoribus ob testae similitudinem Vitrinae adscriptae, praesertim capenses, ad Helicem forsan meliore jure in posterum referentur.

§. 6.

III. Succinea Draparnaud.

Testa imperforata *), tenuis, ovata vel oblonga; spira parvula; apertura magna, oblique ovalis; columella simplex, acuta, recta; perist. simplex, acutum.

Succinea Drap. hist. p. 24 et 29.
— *Lam.* hist. VI. 2. p. 134. ed. Desh. VIII. p. 314.
— *C. Pfr.* Nat. I. p. 13. 66. III. p. 3. 55.
— *Blainv.* in Dict. d. sc. nat. vol. 32. p. 248.
— *Desh.* in Ann. d. sc. nat. vol. 22. p. 345.
— *Rossm.* Icon. I. p. 91.
— *Potiez* et *Mich.* Gal. I. p. 66.
— *Gray* Man. p. 177.
— *Reeve* Conch. syst. II. p. 88.
— *Callow* Conch. Nomencl. p. 167.
Amphibulima Lam. Ann. du Mus. vol. VI. p. 304.
Amphibulimus Montf. Conch. syst. II. p. 90.
Lucena Oken Lehrb. d. Nat. III.
Tapada Stud. syst. Verz. p. 11.
Lucena et *Amphibulina Hartm.* in Sturm Fauna Abth. VI. H. 5. p. 27. 40. 42.
Amphibina Hartm. in Neue Alpina I. p. 208.
Helix subg. *Cochlohydra Fér.* pr. p. 26.
Helisiga Less. Voy. de la Coq. p. 316.
Omalonyx d'Orb. voy. Amér. p. 230.
Amphibulima, *Succinea* et *Pelta* **) subg. Succin. *Beck* ind.
Omalonyx, *Amphibulina* et *Succinea Gray* Syn. Br. Mus. 1842?

Animal amphibium, heliciforme, tentaculis superioribus tumidis, conoideis.

Testa Succineae a Bulimis columella simplice praeditis (B. gallina-sultana etc.) generico charactere vix ullo distingui potest, quare olim (conf. Proc. Zool. Soc. Lond. 1842. p. 187 et 188, et Symb. II. p. 131.) has species inter Succineas enumeraveram; serius autem (Symb. III. et in hoc libro) e notis de animalium

*) In pluribus speciebus spirae anfractus a basi conspiciuntur, attamen hae perforatae nominari nequeunt, quia interna (nec inferna) pagina testae recedente columella oculo exhibetur, uti in Bullis.

**) Quid sit Pelta Cumingii Beck ind. p. 100, nescio.

vivendi ratione et structura a Cuming et Troschel mihi communicatis, ad Bulimos eas restitui, quamvis ex sententia Cl. Troschel (Zeitschr. f. Malak. 1847. p. 50.) genus *Orthalicus* Beck pro illis adoptandum sit.

§. 7.

IV. Helix Linn. (emend. Drap. et Lam.)

Testa umbilicata, perforata vel imperforata, discoidea, globoso-depressa vel conoidea; apertura transversa, obliqua, lunaris vel subrotundata, marginibus distinctis, remotis vel callo junctis. (Spec. vid. vol. I. p. 16.)

Helix Linn. emend. Müll., Scop., Drap. etc.
— *Müll.* verm. II. p. 12.
— *Drap.* hist. p. 23. 29. 78.
— *Lam.* hist. VI. 2. p. 62. ed. Desh. VIII. p. 22. et *Carocolla* Lam. VI. 2. p. 94. ed. Desh. VIII. p. 142.
— *G. Pfr.* Nat. I. p. 12.
— *Blainv.* in Dict. d. sc. nat. vol. 32. p. 252.
— *Desh.* in Encycl. méth. II. p. 188.
— *Nanina, Stenopus Beck* ind.
— et *Carocolla Reeve* Conch. syst. II. p. 67. 71.
— — — *Catlow* Conch. Nom. p. 118. 138.
— *Küster* et *L. Pfr.* in Chemn. ed. II. vol. I. Sect. 12.
Helices Held in Isis 1837. p. 905.
(Reliqua synon. vid. infra et in Herrmannsen Ind. gen.: *Helix*, *Nanina* etc.)

Animal familiae typicum.

Genus tum numero specierum, tum variabilitate formarum excellens, in omnia genera affinia fere absque limitibus irradians, in §. 47 a Bulimorum §. 1 et §. 12 speciebus nonnullis omnino non distinguendum, altero latere transitus immediatos in Daudebardiam et Vitrinam offerens.

Genus *Helicis* uti primum a Linnaeo constitutum est, diversissimas complectitur testas, hodie Helici, Polydontae, Planorbi, Anostomati, Ampullariae, Janthinae, Paludinae, Bulimo, Melaniae, Limnaeae, Succineae, Clausiliae, Coriocellae, Sigareto et Fossaro adscriptas. — In emendato genere Mülleriano emissis Planorbe, Vertigine, Carychio et Buccino praeter Helices veras species adhuc restant Vitrinae, Anostomatis, Lanistae, Cyclostomatis, Bulimi, Polydontae, Succineae, Achatinae, Pupae, Auriculae, Clausiliae, Pyramidellae. — Scopoli primus 1786 Bulimum segregavit, tum Lamarck 1799 Helicinam et Sigaretum et 1801 Janthinam, Draparnaud 1801 Vitrinam et Succineam et 1805 Clausiliam, deinde Fischer 1807 Polydontam et Anostoma.

In genere *Helice Fér.* (1819) subgenera *Helicogena*, *Helico-*

donta, Helicigona, Helicella et *Helicostyla* genus a me adoptatum efformant.

In genere depurato Lamarckiano (1822.) *Helicella* antea (1812.) ab auctore separata iterum injungitur et bene segregatur *Anostoma*, male autem duce Schumacher *Carocolla*.

Alii auctores vario modo hoc genus in multa genera vel subgenera diviserunt, ex quibus huc referenda mihi videntur: *Pleurodonta* Fischer 1807 — *Caprinus, Caracolus, Cepolum, Polydontes, Iberus, Acavus, Zonites* Montf. 1810 — *Carocolla, Dentellaria, Otala* Schumacher 1817 — *Polygyra* Say 1817 — *Mesomphix, Odotropis* et *Chimotrema* Rafinesque 1819 — *Arianta, Chilotrema, Pomatia, Tachea, Teba, Zurama* Leach 1820 — *Helicogena, Cantareus, Helicodonta, Helicigona, Hygromia, Helicella, Theba* et *Vallonia* (?) Risso 1826 — *Solarium* Spix 1827 — *Stenopus* Guild. 1828 — *Ariophanta* Desmoulins 1829 — *Aplodon, Stenostoma, Toxostoma, Mesodon, Omphalina, Triodopsis, Xolotrema, Odomphium* Rafinesque 1831 — *Caracolla* Broderip 1832 — *Conulus, Pyramidula, Monacha, Helicella, Latomus, Isognomostoma, Trigonostoma, Chilostoma, Gonyodiscus, Discus, Vitrea, Aegopis, Oxychilus, Helicopsis* Fitzinger 1833 — *Nanina* Gray 1834 — *Drepanostoma* Porro 1836 — *Acave* Krynicki 1836 — *Cepaea, Coenatoria, Cingulifera, Corneola, Lenticula, Xerophila, Fruticicola, Trochiscus, Gonostoma, Tragomma, Patula, Polita* Held 1837 — *Helicopsis, Microcystis, Nanina, Ariophanta, Stenopus, Helicella, Mesomphix, Zonites, Eyryomphala, Sagda, Pitys, Turricula, Theba, Leucochroa, Ochthephila, Bradybaena, Petasia, Daedalochila, Tridopsis, Polygyra, Circinaria, Macrocyclis, Campylaea, Solaropsis, Iberus, Chilotrema, Caracollina, Vortex, Chloritis, Planispira, Obba, Ampelita, Caracolla, Polydontes, Labyrinthus, Pleurodonta, Dentellaria, Otala, Helicostyla, Acavus, Helicogena, Arianta, Galaxias, Pomatia, Polymita, Eurycratera, Stylodon, Helicophanta, Geotrochus* et *Orthostylus* (pars) Beck 1837 — *Helix, Cryptomphalus, Chilostoma, Trigonostoma, Carocolla, Conulus, Helicella, Delomphalus* et *Hyalinia* Agassiz et Charpentier 1837 — *Odontostylus* Gray 1840? — *Obelus, Oxynota, Euparypha, Helicella, Zonites, Lomastoma, Chilostoma, Actinota, Delomphalus, Aegopis, Oxylopha, Trigonostoma, Drepanostoma, Isognomostoma, Conulus, Plicaria, Calocochlea, Proteusia, Tachea, Helicogena, Arianta, Monacha, Trichia, Teba, Hyalinia, Chromocochlea, Columplica, Eulota, Gallina, Heterostoma* Hartm. 1840 — 44 — *Leiostoma, Lucerna, Caracolla, Discodoma, Lucidula, Lucernella, Polydontes, Lyrostoma, Polygyra, Lucidella, Pusiodon, Thelidomus, Helix, Hemicycla, Zonites, Epistyla, Hemitrochus, Geotrochus, Geomitra, Helicella* Swains. 1840. (De omnibus hisce nominibus conf. Agass. Nomencl. et Herrmannsen ind., nec non ind. alphabeticus generum et subgenerum in fine vol. II.

Férussac, Leach, Fitzinger, Held, Agassiz, Beck, Swainson et Hartmann subgenera ex affinitate naturali formare susceperunt, sed characteres eruere non potui, quibus cohortes Helicum affinitate vera junctarum claris verbis designari possint, quamobrem in Helice, sicut in Bulimo aliisque generibus, distributionem et ordinationem mere ex characteribus externis methodo artificiali desumsi, ut singulam speciem inter immensam descriptarum copiam inveniri facilius reddatur. (Conf. consp. specierum vol. I. p. 13.) Attamen characteres in multis speciebus ambigui et variabiles sunt, quamobrem in adnotationibus saepe locum indicavi, quo species proxime affines quaerendae sunt; in universum autem, si speciem tibi incognitam examinas, ex specierum illi evidenter affinium et jam rite determinatarum comparatione ejus locum in libro meo facile invenies.

§. 8.

V. Anostoma Fischer.

Testa orbiculata, spira convexa, obtusa; apertura sursum reversa, dentata vel edentula.

Anostoma Fisch. de Waldh. Mus. Demidoff. III. 1807.
— *Lam.* hist. VI. 2. p. 100. ed. Desh. VIII. p. 150.
— *Sow.* genera of shells fasc. VIII.
— *Desh.* in Encycl. méth. II. p. 51.
— *Reeve* Conch. syst. II. p. 73.
Tomogeres Montf. Conch. syst. II. p. 359.
Angystoma Schum. Essai p. 229.
Tomogerus Blainv. in Dict. d. sc. nat. vol. 32. p. 252.
Anastoma (subg. Helicis) *Jan* cat. 1832. p. 2.
— *Swains.* Elem. mod. Conch. 1835 et Malac. p. 129. 329.
— *Sow.* Conch. Man. ed. II. p. 65.

Genus persingulare, cui antea (Symb. III. p. 52. — *Tomogeres*) duce Beck (ind. p. 34.) species Tomigero clauso Spix analogas adnumeraveram. Apertura autem sursum reversa characterem praecipuum generis sistere videtur, quamobrem illas separavi et genus Spixianum restituendum censui. Tres solummodo Anostomatis species cognitae sunt, quarum 2 dentatae, altera major jam auctoribus veteribus nota, nunc in collectionibus rarissima, altera minor recentioribus temporibus frequenter e Brasilia allata, tertia edentula, quas descripsi in vol. I. p. 1.

§. 9.

VI. Tomigerus Spix.

Testa horizontaliter rimata, globoso-conica, compressa, scarabiformis; apertura verticalis, ringens. (Spec. vid. vol. I. p. 2.)

Tomigerus Spix test. bras. t. 15.

Genus bene circumscriptum, inter Anostoma, Streptaxin et

Bulimorum §. 17 intermedium, a Wagner et Moricand Helici adscriptum, a Beck cum Anostomate, a Deshayes cum Bulimo junctum, a Potiez et Michaud Auriculae, a Reeve Scarabo insertum, huic quidem simillimum, at animalis structura omnino ab eo diversum.

§. 10.

VII. Streptaxis Gray.

Testa subglobosa, heliciformis, irregularis, anfractibus ultimis e superiorum axi recedentibus; apertura edentula vel dentata. (Species vid. vol. I. p. 3.)

Streptaxis Gray in Loudon's mag. New ser. I. p. 484.
— *Pfr.* Symb. I. p. 5. II. p. 109. III. p. 52.
Artemon Beck ind. p. 48.

Animal Helicis (Fér.) — Testa formae singularis, saepe quasi monstrosae, tamen in singulis speciebus constantis. In omnibus spira regularis apparet, sed anfractus 2 ultimi vel ultimus modo ex axi superiorum discedunt et lateraliter vel deorsum vel fere retrorsum deviant. Umbilicus, qui in omnibus existere videtur, in multis deviatione anfractus ultimi comprimitur et in rimam transversalem transformatur. Peristoma in omnibus adultis expansum vel reflexum videtur, in junioribus saepe varicosum. Apertura vel omnino edentula vel dente parietis aperturalis unico vel hoc et variis in peristomatis margine positis munitum.

§. 11.

VIII. Proserpina Guilding.

Testa depressa, helicinaeformis, basi callo nitido (sicut Rotellae) obducta; apertura intus dentata; perist. simplex, acutum.

Proserpina Guilding mss. teste Cuming.
— *Sow.* Conch. Man. f. 274. Ed. II. p. 237.
— *Gray* Syn. Cont. Brit. Mus. 1840. Ed. 1842. p. 90.
— *Jonas* in Zeitschr. f. Malak. 1846. p. 10.
Odontostoma d'Orbigny moll. cub. I. (1841.) p. 237.

De nomine generis sequentia exponenda sunt: G. B. Sowerby (Conch. Man. 1839. f. 274.) figuram exhibet bonam speciei cujusdam sub nomine generico *Proserpinae*, sed characteres huic generi non assignat.*) — Deinde idem nomen invenimus in Gray Syn. Brit. Mus. ed. 1840 et ed. 44. (1842.) p. 68 et 90 inter genera Helicidarum, sed de characteribus nihil exponitur. Haec

*) «*Proserpina Gray?* Fig. 274 represents a small shell belonging to the Helix tribe, to which it is believed, Mr. Gray has applied the name of Proserpina nitida. We do not know, how the genus is defined.» (Sow. Conch. Man. ed. II. p. 237.)

solum verba (p. 68.) leguntur: «the true Helices, Helicodonta etc. have the peristoma of the shell thickened, while the Helicophanta, Epistylium and Proserpina have it thin and sharp.» — Species a Sowerby figurata a Cuming serius mihi communicata est sub nomine *Proserpinae nitidae Guild.* mss., et Helicibus lamellatis eam adnumerans descriptionem dedi sub nomine Helicis Proserpinae. — Cl. Jonas (Zeitschr. f. Mal. 1846. p. 10.) genus *Proserpinae,* cujus speciem aliam antea Helicinae adscripserat, sustentandum censuit, cui opinioni (ibid. p. 12.) assenti. Serius autem cognovi, genus Cyclostomidarum, a Cl. d'Orbigny (moll. cub. I. p. 237.) nomine *Odontostomatis* *) bene descriptum esse idem, et sub hac denominatione species illi pertinentes (vol. I. p. 11—13.) descripsi. Attamen non solum ex prioritate publicationis (etsi vix legitimae), sed etiam quia nomen *Odontostoma* jam pluries in Zoologia usitatum est, nomen *Proserpinae* generi servandum censeo.

§. 12.

IX. Bulimus Scopoli.

Testa ovata, oblonga vel turrita; apertura longitudinalis marginibus inaequalibus, edentula vel dentata; columella integra, extrorsum revoluta vel subsimplex; perist. simplex vel expansum.

Bulimus Scop. delic. flor. et faun. Insubr. 1787. I. p. 67.
— *Lam.* Phil. zool. p. 320. Hist. VI. 2. p. 116. (ed. Desh. VIII. p. 218.)
— *Blainv.* in Dict. d. sc. nat. vol. 32. p. 248.
— (gen.), *Chondrula* et *Cyclodontina* Beck ind.
— et *Partula Reeve* Conch. syst. II. p. 78. 82.
— *Küst.* in Chemn. ed. II. vol. I. Sect. 13.
Bulinus Stud. Verz. p. 17. sequent. Hartm., Charp., Broderip, Sowerby.
Bulimi Held in Isis 1837. p. 917.
(Reliqua synon. vid. infra et in Herrm. ind.)

Genus characteribus ambiguis testae ab Helice distinctum, varie in alia genera transiens, ex habitu universali potissimum dignoscendum. Species typicae facile distinguuntur — ab Helicibus typicis: forma ovata vel elongata, apertura longitudinali — a Pu-

*) Coquille analogue à celle des Hélicines, toujours polie, brillante. Bouche semilunaire, toujours dépourvue de péristome; ses bords sont minces, non réfléchis; sa columelle ou plutôt le bord columellaire, est fortement encroûté, calleux; l'angle antérieur pourvu de dents internes se prolongeant à l'intérieur comme une lame saillante. — Nous ne pouvons laisser ce genre dans les Hélicines, ses dents s'opposant à ce que la coquille soit pourvue d'un opercule pierreux et triangulaire ou sémilunaire; car alors les dents viendroient l'échancrer. Le grand nombre de coquilles que nous avons examinées, nous prouverait au contraire, qu'il manque entièrement d'opercule. (Orb. l. c.)

pis: peristomatis marginibus inaequalibus — ab Achatinis: columella nunquam involuta, nec vere truncata, etc. Sed formae intermediae ubique adsunt, quae diagnosin exactam generis ab istis, nec non ab Achatinella, Balea, immo a Cylindrella prohibent. Quare characteres generici a me praemissi semper typum modo generis exhibent, cui species aberrantes magis minusve exacte adaptari possunt.

Genus a me adoptatum sequentia complectitur: species *Helicis, Bullae, Buccini, Turbinis* Linn., Chemn., Müll., Gmel. etc., species *Bulimi* Brug. *), *Bulimos* Lamarckii (exclusis nonnullis, Pupae et Achatinae adnumerandis, inclusis autem ejusdem auctoris Auriculis nonnullis), *Helicis* Fér. subgenera: *Cochlostylam, Cochlicellam* et *Cochlogenam*, nec non genus *Partulam* Fér. et Auct. Angl. (ex erronea observatione animalis, quod 2 modo tentaculis praeditum dictum erat, ortum). — Praeterea genus ex Bruguierei tempore vario modo divisum et dilaceratum est. Genera et subgenera, quae a Bulimis separari non posse credo, sunt sequentia: *Bulimulus* Leach 1814 — *Limicolaria* Schumacher 1817 — *Elisma, Ena* Leach 1820 — *Hemiloma* Rafin. (?) 1820 — *Cochlicella, Bulimulus, Rumina, Orbitina* Risso 1826 — *Strophocheilus, Navicula, Auris, Columna, Stenostoma* Spix 1827 — *Macroceramus, Plekocheilus* Guilding 1828 — *Peristoma, Chondrus* Kryn. 1833 — *Cylindrus* Fitzinger 1833 — *Longaeva* Mühlf. — *Orthostylus* (pars), *Bulimus, Gonyostomus, Odontostomus, Pelekocheilus, Otostomus, Pachyotus, Placostylus, Partulus, Plectostylus, Orthalicus, Limicolarius, Obeliscus, Cochlicellus, Bulimulus, Buliminus, Brephulus, Mastus, Macroceramus, Chondrula, Cyclodontina* Beck 1837 — *Merdigera, Zebrina* et *Gonodon* Held 1837 — *Bulimulus* et *Eucore* Ag. et Charp. 1837 — *Pythohelix* (?), *Macrodontes, Auricula, Bulimus, Bulimulus, Leptospira, Goniostoma* Swainson 1840 — *Helicobulinus* Broderip 1840. — Subgenera a Hartm. (1840. Syst. Uebers.) enumerata: *Lycta, Ena, Azeca, Folliculus, Belonis, Rumina, Cochlicella,* partim ad Bulimum, partim ad Achatinam referenda sunt.

Species in libri mei vol. II. recensitae ex systemate mere artificiali ordinatae sunt.

§. 13.

X. Achatinella Swainson.

Testa imperforata, bulimiformis; columella basi vel medio in dentem validum, interdum tortum, lamelliformem producta;

---

*) Genus Bulimi Bruguiereanum diversissimas comprehendit testas, hodie generibus Bulimo, Ampullariae, Amphibolae, Pupae, Limnaeae, Bulino Adans., Succineae, Amphipepleae, Melaniae, Carychio, Achatinae, Melanopsi, Chilinae, Tornatellae, Auriculae, Pedipedi, Polydontae, Clausiliae, Pyramidellae adscribendas.

apertura longitudinalis, lunaris; perist. simplex vel labiatum, marginibus inaequalibus. (Species vid. vol. II.)

Achatinella Swains. in Quarterly journ. 1828. vol. XXV. p. 81.
— *Pfr.* in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 89.
Helicis subg. *Cochlogenae* sect. *Helicteres Fér.*
Helicteres Beck ind. p. 51.

Omnes species huc relatae habitu totali inter se tam affines sunt, ut genus naturale optime limitatum, inter Bulimum et Achatinam intermedium constituere videantur, etsi characteres in diagnosi haud stricte enumerari possint. Cl. Férussac species illo tempore notas in sectione: *Helicteres* subgeneris Cochlogenae comprehendit et 1824 (in Voy. de Freyc.) eodem nomine eas descripsit. Swainson primus fuit, qui in genere *Achatinellae* eas a Bulimis separavit, sequentibus recentissimis auctoribus pluribus. Ab aliis species tum Bulimo, tum Achatinae (immo a Cl. Lamarck Monodontae) adscriptae sunt, et Beck in subgenere secundo Bulimi (*Helicteres*) eas collegit. — Duce Férussac dividi possunt ex forma, praeterea secundum structuram testae.

§. 14.

XI. Achatina Lamarck.

Testa imperforata, buliminiformis; columella intorta, versus basin aperturae truncata; apertura ovalis vel oblonga, superne angulata; perist. simplex, acutum. (Spec. vid. vol. II.)

Achatina Lam. Prodr. d'une nouv. class. des coq. 1799.
— *Cuvier* règne animal II. p. 409. (Ed. Voigt III. p. 95.)
— *Lam.* hist. VI. 2. p. 126. ed. Desh. VIII. p. 293.
— *Blainv.* in Dict. d. sc. nat. I. suppl. p. 78. vol. 32. p. 249.
— *Deshayes* in Encycl. méth II. p. 8.
— *Küster* in Chemn. ed. II. vol. I Sect. 13.
Conf. Herrmannsen ind. I. p. 9—12.

Genus Bulimo valde affine et transitus insensibiles exhibens. Species primum notae a veteribus tum Bullae, tum Buccino, Helici et Volutae adscriptae sunt. Bruguière eas in genere suo Bulimi enumeravit et Humphrey primus 1797 eas in genere *Chersina* separasse videtur. Lamarck autem verus generis *Achatinae* auctor est, quippe qui (jam 1799) primam definitionem scientificam proposuit. Ferussacii subgenera Helicis: *Cochlitoma* et *Cochlicopa* easdem sectiones sistunt, quas plerique nunc nominibus *Achatinae* et *Glandinae* designare solent. Praeterea genera et subgenera aliorum, a me huc relata, sequentia sunt: *Achatinus, Liguus, Polyphemus* Montf. 1810 — *Columna* Perry 1811 — *Glandina* Schumacher 1817 — *Zua* Leach 1820 — *Cochlicopa, Acicula, Ferrusacia, Vediantius* et *Pegea* (?) Risso 1826 — *Cionella* Jeffreys 1829 — *Styloides* Fitzinger 1833 — *Chersina*.

Achatina, Columna, Subulina, Glandina, Acicula, Leptinaria (?) et *Cionella* Beck 1837 — *Polyphemus* et *Folliculus* Agass. et Charp. 1837 — *Macrospira, Cochlycopa, Achatina* Swains. 1840. — De *Azeca* Leach diu dubitans haesi, donec praesertim ex cognitione Achatinae tornatellinae Lowe, inter Achatinas duce Rossmässler eam recipiendam, sectionemque dentatarum pro ea instituendam esse censuerim. (Conf. Pfr. in Zeitschr. f. Mal. 1846. p. 150.) — *Glandinas*, antea a me quoque generice distinctas, tanquam sectionem solummodo adoptavi, quia permultae species omnino intermediae existunt. — De genere *Priamo* Beckii, a plerisque huc relato, conferantur, quae exposui in descriptione Achat. Priami Meusch. (vol. II.)

§. 15.

XII. Gibbus Montfort.

Testa transverse et profunde rimata vel perforata, triangularis, a latere compressa, margine aperturae opposito in gibbam acutiusculam dilatata; apertura subtetragono-ovalis, marginibus parallelis, subaequalibus; perist. incrassatum.

Gibbus Montfort Conch. syst. II. p. 302.
— *Herrmannsen* ind. gen. Malac. I. p. 473.

Genus a Pupa non minus bene distinctum, quam Streptaxis et Tomigerus ab Helice et Bulimo. Species altera jamdudum nota primum a Pallas, Férussac, Dillwyn et Wood Helici, a Chemnitz et Gmelin Trocho, a Bruguière et Lamarck Bulimo, a Blainville Puppae, a Beck Gibbulinae, a Potiez et Michaud et Küster Pupae, a Sowerby Bulino inserta est, altera a Küstero figurata, bene distincta mihi videtur. (Descriptionem specierum conf. in vol. II.)

§. 16.

XIII. Pupa Draparnaud.

Testa rimata vel perforata, cylindrica, ovata vel bulimiformis; apertura subirregularis, semiovalis vel subrotundata, edentula vel dentata; perist. subsimplex vel expansum, marginibus aequalibus, subparallelis, distantibus, plerumque lamina callosa junctis. (Spec. vid. vol. II.)

Pupa Draparn. hist. p. 24 et 29. *)
— *Lam.* hist. VI. 2. p. 103. ed. Desh. VIII. p. 165.
— *Reeve* Conch. syst. II. p. 74.
— *Küster* in Chemn. ed. II. vol. I. Sect. 15.

*) Quamvis genus Vertigo Müll., quod Pupae injunxi, prioritate gaudeat haud dubia, tamen hoc nomen anteponere nolui, quia Müllerus animali generis sui duo modo tentacula expressissimis verbis postulat.

Puppa Blainv. in Dict. sc. nat. vol. 32. p. 206. Malac. p. 457.
Vertigo Müll. verm. II. p. 124.
(De reliquis auctoribus et synonymis conf. Herrmannsen ind. II.)

Genus a Draparnaud (praecedente Humphrey) bene constitutum, initio (1801. tabl.) Clausilias etiam complectens, serius (hist.) ab illis depuratum. Species, a veteribus Turbini, Trocho, Helici adscriptae, partem adhuc formant generis *Bulimi* Brug., deinde autem a Férussac eadem fere latitudine, quam hodie generi Pupae tribuo, in subgenere *Cochlodontae* enumeratae sunt. — E genere Draparnaudiano Cuvier sub nomine *Chondri* sejunxit species magis ovatas, inter se valde diversas, quarum plerasque (genus *Torquillae Stud.*) Pupis, alias (typum generis *Chondrulae Beck*) Bulimis adscribendam censeo. In eodem sensu genus vel subgenus *Chondri* a Charpentier, Hartmann*) et aliis adoptatum est, Krynicki autem Chondrum tridentem Cuv. pro typo generis assumsit, speciesque huic affines *Chondro* adscripsit, quem mutato nomine (*Chondrulae*) secutus est Beck. — Praeterea genera et subgenera a Pupis segregata sunt sequentia: *Abida, Pupilla* Leach 1820 — *Alaea* Jeffr. 1820 — *Jaminia, Saraphia* (?) Risso 1826 — *Granaria, Orcula, Torquatella* Held 1837 — *Sphyradium* et *Chondrus* Agass. et Charp. 1837 — *Gibbulina, Pupilla, Vertigo, Alaea, Torquilla* Beck 1837 — *Gonidomus, Plicadomus, Gonospira, Pupella, Eruca* Swains. 1840 — *Cylindrus, Sphyradium, Pupilla, Vertigo, Dontostoma* Hartm. 1840 — *Deloplecta* et *Hercodonta* Ag. teste Herrm. ind.

Genus *Vertiginis Müll.* Pupae injunxi, quia testae nullo modo distingui possunt. Animal Vertiginis revera 2 modo tentaculis bene conspicuis instructum est, existunt autem plures Pupae species minutae, quarum tentacula inferiora sensim minora observantur, donec tandem in Vertiginibus genuinis omnino inconspicua sint.

Mermet genera Pupae, Vertiginis, Clausiliae et Baleae sub nomine *Stomodontae* in uno genere comprehendere proposuit, quod minime laudandum.

§. 17.

XIV. Cylindrella L. Pfeiffer.

Testa cylindracea vel pupaeformis, multispira, plerumque truncata; apertura subcircularis; perist. expansum, continuum vel in speciebus anomalis (§. 7.) subinterruptum.

Cylindrella Pfr. in Wiegm. Arch. 1840. I. p. 41.
— *Pfr.* Symb. I. p. 6. II. p. 136. III. p. 62.

---

*) Hartmann (1840. Syst. Uebers.) tria subgenera Chondri distinguit: *Chondrum*, *Torquillam* et *Astrodontam*, quorum species typicas non novi.

Cylindrella Pfr. in Phil. Abbild. t. 8. p. 179.
Brachypus Guild. in Zool. Journ. IV. 14. p. 167.
Urocoptis, Brachypodella, Apoma Beck ind.
Siphonostoma Guild. Swains. Malac. p. 168. 333.

Genus quoad formas typicas optime distinctum, attamen per formas anomalas Pupae et Bulimo approximatum. — Guilding primus 1828 speciem typicam novi generis *Brachypodis* descripsit, sed teste Swainson (Malac. p. 168.) hoc nomen Zoologis jam pluries usitatum serius reliquit et *Siphonostomatis* *) nomen generi tribuit, quod eodem anno prelo publicatum est, quo ipse genus sub nomine Cylindrellae descripsi.

Species huc pertinentes a veteribus Buccino, Helici et Turbini, a Férussac Cochlodinae, a Lamarck et aliis Clausiliae et Cyclostomati, a Gray, Deshayes, Sowerby et aliis Pupae insertae sunt. — Beck eas in subgeneribus Pupae: *Urocopti* et *Brachypodella* (*Brachypodisca* ex Agassizii emendatione) et in subgenere Clausiliae: *Apomate* dispersit. — Villa tandem species nonnullas Baleae, aliamque Torquillae inseruit. — Species hodie novi fere 50, in volumine II. descriptas.

§. 18.

XV. Balea Prid. mss. Gray.

Testa clausiliaeformis vel clavata, multispira; apertura semiovalis vel subpyriformis; perist. expansum, marginibus inaequalibus; paries aperturalis subuniplicatus; columella simplex (*Balea* genuina) vel transverse plicata (*Megaspira* Lea). Spec. vid. vol. II.

Balea Gray in Zool. Journ. I. 1. p. 61.
Balaea Leach, Alder etc.
Fusulus Fitzinger syst. Verz. p. 105.
Balia Swains. Malac. p. 182. 334.
Balea et *Pyrgelix Beck* ind.
Megaspira Lea obs. II. p. 21.

Characteres vix adsunt, quibus hoc genus a Bulimis exacte dignosci possit, quare habitum et lamellam parietalem hic maximi momenti haberi necesse est. Habitus potius est Puparum et Clausiliarum; a Pupa autem marginibus aperturae inaequalibus, a Clausilia deficiente clausilio et plicis essentialibus facile distinguitur. *Megaspira Lea* characteribus modo specificis, nec vero genericis a Balea differt, quare hoc genus Baleae injunxi. — Species europaea jamdudum nota ab aliis Pupae, ab aliis Clausiliae adscripta est.

---

*) Nomen *Siphonostoma* etiam prius (1820.) a Cl. Otto (Act. Leopold. X.) generi novo Vermium Abranchorum jam impositum est.

§. 19.

XVI. Tornatellina Beck.

Testa imperforata, ovata vel elongata; apertura semilunaris, marginibus inaequalibus, disjunctis; columella torta, truncata; paries aperturalis unilamellatus. (Spec. vid. vol. II.)

Tornatellina (subg. Achatinae) *Beck* ind. p. 80.
— *Pfr.* Symb. II. p. 5. 130. III. p. 60.
Strobilus (subg. Clausiliae) *Anton* Verz. p. 46.
Elasmatina Petit in Proc. Zool. Soc. 1843. p. 2.

Genus a praecedente vix distinguendum, et quidem eodem modo ambiguo, quo Achatina a Bulimo dignoscitur. Peristoma semper simplex et columella magis minusve truncata est. Lamella parietalis semper adest sicut in Balea, praeterea saepe plicae columellares et palatales uti in multis Pupae speciebus observantur. — Tornatellina turrita columellae truncatione obsoletiore intermedia videtur inter ambo genera.

§. 20.

XVII. Clausilia Draparnaud.

Testa fusiformis, plerumque sinistrorsa; apertura elliptica vel pyriformis, semper lamellis 2 parietis aperturalis coarctata et clausilio in fundo clausa. (Spec. vid. vol. II.)

Clausilia Drap. hist. p. 24. 29.
— *Lam.* hist. VI. 2. p. 111. (ed. Desh. VIII. p. 195.)
— *C. Pfr.* Nat. I. p. 13. 60. III. p. 4. 62.
— *Pfr.* Symb. I. p. 6. II. p. 137. III. p. 62.
— *Reeve* Conch. syst. II. p. 77.
— *Küster* in Chemn. ed. II. vol. I. Sect. 14.

Genus praeter aperturae structuram propriam, de cujus singulis partibus in tractandis speciebus plura dicam, organo peculiari, *clausilio* dicto, jam ab O. F. Müller*) bene descripto, ab omnibus Heliceis bene distinctum, tamen a pluribus auctoribus, etiam recentioribus, Pupae injunctum! Scriptores veteres species paucas tunc cognitas Buccino, Turbini et Helici — Bruguière

*) Clarissimus Müller clausilium sic describit: «in imo anguli sinistri prospicitur *ossiculus* supra emarginatus candidissimus, hic, si testa caute frangitur, conspicitur esse lamella oblonga subarcuata, politissima, erecta, elastica, angulo altero inferiori insistens margine plicae sinistrae; supra hanc lamellam alia *linea* elevata, ipsi testae adnata, et in latere dextro linea concentrica impressa.... Attendi meretur, quod apertura in quovis anteriorum anfractuum larga, aperta et libera sit, et quod in ultimo adeo arcte quasi munimentis obstruatur, ut vix spatium exeundi limaci relinqui videatur, at huic necessitati cautum est, elasticitate lamellae, quae pressa a corpore exeuntis vel intrantis vermis plicae oppositae arcte adprimitur, ac libera resilit.» (Hist. verm. II. p. 117.) — Addendum solum est, clausilium non in omnibus esse emarginatum, sed formae variae.

et Olivier Bulimo inseruerunt. Subgenus *Cochlodina Fér.* (exclusis Cylindrellae speciebus) Clausiliae omnino respondet. Fleming species nonnullas olim in genere inepto *Odostomiae* enumeravit, et Mermet easdem generi *Stomodontae* injunxit. Praeterea subgenera a solo Hartmann proposita sunt sequentia: *Andraea, Delima, Dyodonta, Laciniaria, Papillifera, Plicaphora, Rupicola.* — De reliquorum auctorum sententiis conferatur Herrmannsen ind. I. p. 241—243.

§. 21.

Enumeratio operum citatorum.

Adams, C. B., in Proceedings of the Boston Society of Natural History. 1845.

Alder, J., in Mag. of Zool. and Botany II. 101. Aug. 1837.

—— catal. etc. in Transact. Nat. Hist. Soc. of Northumberl. 1830.

Alten, J. W. v., syst. Abhandl. über die Erd- und Flusskonchylien um Augsburg. 1812.

Anton, H. E., Verzeichniss der Conchylien etc. 1839.

Aradas et Maggiore catal. ragionato delle Conchiglie viventi e fossili di Sicilia. Mem. I. 1839.

Audouin, V., in Description de l'Egypte vol. XXII. 1827.

Beck, H., index molluscorum praesentis aevi Musei princ. august. Christiani Friderici. Fasc. I. 1837.

Benson, in Journ. of the Asiatic Society of Bengal. V. 1836. VII. P. 1. 1838.

—— in Ann. and mag. of nat. hist. IX. 1842.

Binney, in Boston journ. I. 1837. III. 1841. IV. 1843.

—— in Proceed. of the Boston Society 1843.

Blainville, Ducrotay de, in Dict. des sc. natur. vol. 32. 1824. Art. Mollusques.

Blainville, Ducrotay de, Manuel de Malacologie et de Conchyliologie. 1825.

Born, Ign. a., testacea Musei caesarei Vindobonensis. 1780.

T. late umbilicata, depressa, subdiscoidea, corneo-lutescens, strigis undatis castaneis, basi obsoletis marmorata, irregulariter plicatula, lineis impressis confertissimis superne distincte, subtus obsoletius decussata; spira plana; anfr. 5 convexi, ultimus teres, vix descendens; umbilicus late conicus; apertura perobliqua, semiovalis; perist. simplex, margine dextro valde antrorsum arcuato, subinflexo, columellari recedente. — Diam. maj. 15, min. 13, alt. 6 mill. (Coll. Nr. 154.)

Helix Binneyana Pfr. in Zeitschr. f. Mal. 1847. p. 13.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 693. t. 111. f. 10—12.

Habitat in insula Chiloe (E. B. Philippi).

297. **H. dissimilis Orbigny.**

T. umbilicata, depressa, tenuis, superne confertim plicatula, pallide corneo-straminea, superne maculis et flammis irregularibus, basi punctis lineisque rufis ornata; spira plana; sutura profunda; anfr. 5½ convexi; umbilicus magnus, pervius; apertura vix obliqua, rotundato-lunaris; perist. simplex, acutum. — Diam. maj. 11, min. 9½, alt. 5¼ mill. (Coll. Nr. 155.)

Helix dissimilis Orb. synops. p. 5.
— — *Orb.* voy. p. 247. t. 26. f. 18—21.*)
— — *Desh.* in Fér. hist. p. 18. t. 69 C. f. 9. 10.**)
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 558. t. 89. f. 1—3.
— *histrio Mühlf.* Mus. in Anton Verz. p. 38.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 30.
Euryomphala plagiata Beck ind. p. 8. (teste Anton in litt.)

Habitat prope Concepcion Chilensium (Orb.), in insula Ohetaroa (Cuming).

Obs. Conf. H. coactiliata Fér. (Nr. 522) et affines.

---

*) T. orbiculata, perforata, depressa, tenui, diaphana, striata, fusco-pallidiore, rubro-maculato ornata; spira plana; anfr. 5; apertura rotunda; labro tenui, acuto. — Long. 9, alt. 5 mill. (Orb. l. c.)

**) T. late umbilicata, orbiculato-discoidea, supra plana, subtus convexiuscula, corneo-fulva, translucida, rubro superne articulatim fasciata; anfr. 6 convexiusculis, angustis, superne striis longitudinalibus tenuibus transversalibusque exilissimis decussatis; apertura suborbiculari, marginibus acutis, tenuissimis. — Diam. 12, alt. 6 mill. (Dh. l. c.)

298. H. quadrata Férussac.

T. umbilicata, depressa, sub lente confertissime striata, tenuis, diaphana, straminea, rufo-flammulata et 1—3fasciata; spira depressa; anfr. 5½ convexiusculi, celeriter accrescentes; umbilicus majusculus, perspectivus; apertura lunato-ovalis; perist. simplex, acutum, marginibus conniventibus, columellari subdilatato, patente. — Diam. maj. 7, min. 6, alt. 3 mill. (Mus. Cuming. spec. max. et Coll. Nr. 156.)

Helix quadrata Fér. Mus.
— — *Desh.* in Fér. hist. p. 20. t. 69 C. f. 11. 12. *)
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 559. t. 89. f. 4—7.
— *Kingi Pfr.* in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 125.
β. Testa flava, transversim obscure fusco-rubescente zonata. (Dh.)

Habitat in insula Juan Fernandez (Cuming).

299. H. pusio King. †

T. rotundato-complanata, creberrime striata, translucens, maculis castaneo-rufis ornata. — Long. ⁴⁄₁₀, lat. ³⁄₁₀ poll. (K.)

Helix pusio King in Zool. Journ. V. (1832.) p. 339.

Habitat in insula Juan Fernandez.

Obs. Speciem male descriptam in collectionibus Londinensibus eruere non potui. An eadem ac praecedens?

300. H. hystrix Mighels.

T. umbilicata, depressa, subdiscoidea, regulariter costulata, corneo-lutea, pilis rectis, rigidis, deciduis hirsuta, superne rufo-tessellata; spira plana, medio subimmersa; anfr. 5 convexi, ultimus descendens, basi lineis elevatis, interdum obsoletioribus decussatus; umbilicus latus, perspectivus; apertura lunato-subcircularis; perist. simplex, acutum. — Diam. maj. 5¾, min. 5, alt. 2½ mill. (Coll. Nr. 157.)

Helix hystrix Mighels in sched.
— — *Pfr.* Symb. III. p. 67.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 560. t. 89. f. 8—11.
— *setigera Gould* in sched.

Habitat in insulis Sandwichensibus: Wahoo.

300*. H. ziczac Gould. †

T. parva, rotundata, depressa, stramineo-albida, lineolis obliquis fulminantibus fuscis picta, et laminis acutis confertis re-

---

*) T. orbiculato-discoidea, late umbilicata, fulvo-fusca, rubescente quadrata, densissime tenuissimeque striata; anfract. 5 convexis, sutura profunda separatis; apertura obliqua, simplici, subdilatata, rotundato-semilunari; labro simplici, acuto. — Diam. 8, alt. 4 mill. (Dh. l. c.)

flexis pilosis lyrata, subtus convexa, umbilico magno scalariformi perforata; anfr. 6 convexi, angusti; apertura subcircularis, ad basim subangulata; labrum simplex, prope umbilicum reflexum. — Lat. $^3/_{10}$, alt. $^1/_6$ poll. (G.)

Helix ziczac Gould 1846. Exped. shells p. 17.

Habitat in Nova Hollandia (New South Wales).

301. **H. tessellata Mühlfeldt.**

T. umbilicata, discoidea, utrinque plana, tenuis, pallide cornea, strigis angustis, undatis, rufis picta; anfr. 6—7 angustissimi, ultimus subtus subinflatus; umbilicus mediocris, pervius; apertura lunato-rotundata; perist. simplex. — Diam. 4, alt. 2 mill. (Coll. Nr. 158.)

Helix tessellata Mlf. Mus. Ant. Verz. p. 36.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 40.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 562. t. 89. f. 16—19.
— — *Fér.* hist. t. 86. f. 4.

Habitat in insula Juan Fernandez (Cuming).

302. **H. epidermia Anton.**

T. late et profunde umbilicata, discoidea, epidermide brunnea induta, utrinque costulata; spira plana; anfr. 4 sensim accrescentes, convexiusculi; apertura subverticalis, subcircularis; perist. acutum, simplex, marginibus approximatis. — Diam. maj. 5, min. $4^1/_4$, alt. $1^3/_4$ mill. (Coll. Nr. 159.)

Helix epidermia Anton Verz. p. 36. N. 1358.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 563. t. 89. f. 20—23.
— *costellata Desh.* in Fér. hist. p. 19. t. 83. f. 1. 2 *) Nec Orb.

Habitat prope Valparaiso Chilensium (Cuming).

Obs. Conf. H. costellata Orb. Nr. 252.

§. 23.

303. **H. declivis Pfr.** †

T. orbiculata, depresso-conoidea, subtus convexo-depressa, pallida; spira conica, depressa; anfr. 6 rufescentes, depresso-planiusculi, declives, rugis armatis, crebris, tenuibus, in junioribus regularibus, in adultis multidistantibus majoribus sculpti, infimus ad peripheriam acute carinatus, carina fusco-fasciata aut albida, inferne fascia fusca cincta; umbilicus profundus, angustus,

---

*) T. discoidea, supra plana, subtus late umbilicata, fulva, longitudinaliter, et oblique costellata: costellis distantibus submembranaceis elatis; anfr. 5 convexis in interstitiis costellarum tenue striatis; apertura simplici, semilunari, obliqua; labro acuto. — Diam. 5, alt. vix 2 mill. (Dh. l. c.)

extus dilatatus; apertura ovata, antice angulata, margine obtusiuscula. — Diam. 44, alt. 23 mill. (Guill.)

Carocolla Tritoniensis Le Guill. in Rev. zool. 1845. Mai p. 88. Nec H. Tritoniens. Guill. 1842.

Helix declivis Pfr. Symb. III. p. 18.

Habitat ad Triton-Bay Novae Guineae.

304. **H. Guerini Pfr.**

T. umbilicata, trochiformis, epidermide fusca, rugosa induta; anfr. 7½ vix convexiusculi, basi carinati: carina pilis confertis dense ciliata; basis convexiuscula; umbilicus angustissimus, pervius; apertura lata, lunaris; perist. simplex, marginibus callo tenuissimo, nitido junctis. — Diam. maj. 16, min. 15, alt. 10 mill. (Coll. Nr. 160.)

Helix Guerini Pfr. in Revue zool. 1842. p. 304.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 29.
— — *Phil.* Icon. I. 3. p. 50. t. 3. f. 6.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 544. t. 87. f. 15. 16.

Habitat in montibus Neelgherries Indiae orientalis (Perrottet).

305. **H. Barclayana Pfr.**

T. umbilicata, depresso-turbinata, confertim oblique costata, alba, epidermide fusco-olivacea induta; spira conoidea, apice obtusa; sutura profunda; anfr. 5½ convexi, ultimus medio carinatus (interdum obsolete bicarinatus), basi convexiusculus; umbilicus mediocris, fere cylindricus; apertura subverticalis, quadrangularis; perist. simplex, acutum, margine columellari verticaliter descendente, cum basali angulum formante. — Diam. maj. 18, min. 16, alt. 12 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Barclayana Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1846. p. 110.

Habitat in insula Mauritii. (Isle de France: Barclay.)

306. **H. bermudensis Pfr.**

T. umbilicata, conoideo-lenticularis, tenuiuscula, carinata, leviter ruguloso-striata, pallide fuscescens, fulvo-marmorata, cingulo castaneo supra et latiore infra carinam ornata; anfr. 7 vix convexiusculi, lente accrescentes; umbilicus angustus, pervius; apertura subtrapezia; perist. simplex, rectum, intus incrassatum, album, marginibus callo junctis, columellari verticali, brevi, reflexiusculo, cum basali angulum subrectum formante. — Diam. maj. 23, min. 21, alt. 12 mill. (Spec. coll. Sauliae.)

Helix bermudensis Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 67.

β. Spira paulo elatiore, fasciis obsoletis: diam. maj. 21, min. 19, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 161.)

Helix bermudensis var. Chemn. ed. II. Helix N. 542. t. 87. f. 9. 10.

Habitat in insulis Bermudis.

306ᵃ. H. Eurydice Gould. †

T. tenuis, depresso-pyramidata, acutissime carinata, pallide virens, linea castanea volvente supra et infra picta, subtus planulata, umbilico lato et profundo perforata; anfr. 5 — 6 vix convexi; apex rotundatus; apertura transversa, acute triangularis; labrum acutum. — Lat. $^{13}/_{20}$, alt. $^{11}/_{40}$ poll. (G.)

Helix Eurydice Gould 1846. Exped. shells p. 24.

Habitat in ins. Tonga Tabou.

Obs. «Similis H. Cressidae (Nr. 318ᵇ.) Forma fere exacte H. elegantis».

307. H. retifera Pfr.

T. umbilicata, obtuse trochiformis, striato-plicatula, lineis nonnullis concentricis elevatis reticulata, carinata, diaphana, sericina, pallide cornea; spira elevata, obtusa; anfr. 6½ planiusculi, ultimus basi subplanus, striatus; umbilicus mediocris, pervius; apertura depressa, securiformis; perist. simplex, acutum, margine supero brevi, basali plane arcuato. — Diam. maj. 7, min. 6¾, alt. 4 mill. (Coll. Metcalf.)

Helix retifera Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 73.

Habitat in montibus Neelgherries Indiae orientalis.

307ᵃ. H. tentoriolum Gould. †

T. parva, elevata, trochiformis, ad apicem rotundata, pallide virescens, oblique et concinne striata, basi in umbilicum mediocrem devexa; anfr. 6 planulati et carina acutissima, alba cincti; apertura subtriangularis, basi rotundata; labrum simplex, ante umbilicum reflexum. — Lat. $^{2}/_{5}$, alt. $^{3}/_{10}$ poll. (G.)

Helix tentoriolum Gould 1846. Exped. shells p. 23.

Habitat Upolu.

308. H. Auklandica Le Guillou. †

T. orbiculato-conoidea, tenuis, parva, pellucida, luteo-fuscescens; anfr. 6 depresso-subconvexi, striati, maculis longitudinalibus spadiceis, aequidistantibus regulariter picti, ultimus carinatus, superne striolis transversis obsoletis notatus, subtus convexior, immaculatus, profunde umbilicatus; apertura subrotundata,

anterius subangulata; perist. acutum, fragile. — Diam. 7, alt. 4 mill. (Guill.)

Helix Auklandica Le Guillou in Revue zool. 1842. p. 140.

Habitat in insulis Aukland.

309. **H. solarium Quoy.**

T. umbilicata, orbiculato-pyramidata, acute carinata, striata, diaphana, fulva; spira brevis, conica, apice obtusa; anfr. 7 exsertiusculi, plani, ultimus basi planulatus, ad umbilicum mediocrem, pervium angulatus; apertura depressa, securiformis; perist. simplex, acutum. — Diam. maj. 9, min. 8, alt. 3¾ mill. (Coll. Nr. 162.)

Helix solarium Quoy et *Gaim.* Astrol. II. p. 131. t. 11. f. 24—29.
— — *Lam.* ed. Dh. 189. p. 119.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 546. t. 87. f. 21—24.
— .... *Fér.* hist. t. 63 B. f. 6. 7.
Caracolla solarium Beck ind. p. 31.

Habitat ad portum Carteret Novae Hiberniae (Quoy, Hinds).

310. **H. arcuata Pfr.**

T. umbilicata, orbiculato-convexa, tenuis, pellucida, pallide cornea, confertim et regulariter arcuato-plicata; spira late conoidea, apice obtusiuscula; anfr. 6 vix convexiusculi, carina acuta, serrulata marginati, ultimus circa umbilicum magnum, fere cylindricum subcompressus; apertura angulato-lunaris, lata; perist. simplex, acutum, margine columellari brevi, verticali. — Diam. maj. 5½, min. 5, alt. 2¾ mill. (Mus. Cuming.)

Helix arcuata Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1846. p. 110.

Habitat in provincia Cagayan insulae Luzon. (Cuming.)

311. **H. oceanica Le Guillou.** †

T. orbiculato-convexa, carinata, umbilicata; anfr. 8 albidi, maculis spadiceis angulato-flexuosis tenuissime transversim striati, depresso-plani, submarginati; apex obtusus, fuscus; basis depresso-concava; umbilicus parvus, profundus, acute marginatus; apertura angusta, antice subacuta. — Diam. 5¼, alt. 3 mill. (G.)

Helix oceanica Le Guill. in Revue zool. 1842, p. 140.

Habitat in insula Taiti.

§. 24.

312. **H. Chevalierii Souleyet.** †

T. orbicularis, umbilicata, tenue carinata, conico-depressa, fusca, ad carinam castaneo-fasciata, subtus convexa, olivacea; anfr. 6 obsolete rugulosi, basi marginati; apertura ovata, obliqua,

intus fuscescens, castaneo-fasciata; perist. acutum; umbilicus latus, infundibuliformis, profundus. — Diam. 37, alt. 20 mill. (S.)

Helix Chevalierii Soul. in Revue zool. 1842. p. 101.

Habitat in peninsula Malaccensi.

313. **H. Metcalfei Pfr.**

T. late umbilicata, depressa, discoidea, acute carinata, striatula, pallide vel rufescenti-cornea, utrinque juxta carinam albam castaneo-unifasciata; spira vix elevata; anfr. 6 vix convexiusculi, ultimus antice vix descendens; apertura subtriangularis; perist. simplex, margine supero antrorsum arcuatim dilatato, depresso, basali ad columellam leviter arcuato. — Diam. maj. 21, min. 19, alt. 7 mill. (Coll. Nr. 163.)

Helix Metcalfei Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 66.

— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 623. t. 97. f. 10—12.

β. Minor, flavida, lineis angustis nigricanti-rufis juxta carinam: diam. maj. 17, min. 15, alt. 5½ mill. (Spec.)

Helix Metcalfei var. Chemn. l. c. t. 97. f. 13. 14.

γ. Unicolor, fusco-cornea: diam. maj. 15, min. 13⅔, alt. 5 mill. (Spec.)

Helix Metcalfei var. Chemn. l. c. t. 97. f. 15. 16.

Habitat in insulis Philippinis, α Sibonga insulae Zebu, β Tanhay ins. Negros, γ in ins. Siquijor (Cuming).

314. **H. Crouanii Le Guillou.** †

T. discoidea, umbilicata, utroque latere »umbilicata« (convexa? Pfr.), castanea; tenuiter striata; anfr. 6 supra depresso-convexiusculi, linea fusca fasciati, ultimus carinatus: carina acuta alba lateraliter linea fusca marginata; umbilicus profundus; apertura subovalis, acuta; labium tenue, acutum. — Diam. 18—19, alt. 10—12½ mill. (G.)

Helix Crouanii Le Guill. in Revue zool. 1842. p. 138.

β. Spira conico-depressa, ultimo anfractu subobtuse carinato: diam. 18, alt. 12 mill.

Habitat ad Hamoa, β in insulis Salomonis.

314ª. **H. strigosa Gould.** †

T. orbicularis, depressa, scabrata, late umbilicata, cinereo-grisea vel fuscescens, fasciis linearibus volventibus pallide fuscis interdum subtus notata; anfr. 5 convexiusculi, ultimus angulatus et prope aperturam deflexus; apertura circularis; labrum simplex, continuum. — Lat. 9/10, alt. ⅖ poll. (G.)

Helix strigosa Gould 1846. Exped. shells p. 18.

Habitat in interiore provinciae Oregon.

Obs. Quoad formam ab auctore cum H. alternata, quoad reliquos characteres cum H. alpina comparatur.

315. **H. exclusa Férussac.**

T. umbilicata, discoidea, depressa, striata, carinata, marmorata, fasciis 2—3 rubris cincta; anfr. 5 planulati, ultimus circa umbilicum angustum excavatus; apertura rhomboidalis; perist. simplex, acutum, margine basali leviter arcuato. — Diam. maj. 20, min. 18, alt. 10 mill. ex ic. Quoyi. (Coll. Nr. 164.)

Helix exclusa Fér. pr. 297. Voy. de Freycin. Zool. p. 472.
— — *Quoy* et *Gaim.* Astrol. II. p. 127. t. 10. f. 22—25.
— — *Lam.* ed. Dh. 191. p. 119.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 622. t. 97. f. 7—9.
— *marginata Müll.* verm. II. p. 41. N. 241 (teste Beck)??
— — *Pfr.* in Phil. Icon. I. 4. p. 80. t. 4. f. 10.
Lister t. 67. f. 66.

Habitat ad Rawak et Dorey Novae Guineae et in ins. Vanikoro (Quoy.)

Obs. Cl. Becki sententiam, hanc speciem esse H. marginatam Mülleri (cu labrum reflexum expressis verbis ascribit auctor) admittere non possum. Speciem vero Müllerianam in H. scabrosa Fér. (Grayana Pfr.) quaerendam esse nunc persuasus sum. (Conf. Nr. 1031.)

316. **H. papua Lesson.**

T. discoidea, umbilicata, depressa, acute carinata, luteocornea, rubro-fusco-unifasciata (usque ad apicem); apertura triangularis; perist. simplex. — Diam. 5 lin. (L.) Coll. Nr. 165?

Helix papua Less. in voy. de la Coquille p. 313.

Habitat in Nova Guinea.

Obs. «Differt ab H. planorbi spira magis elata, umbilico profundiore, minus aperto». (Less.) — An praecedentis varietas?

317. **H. planorbis Lesson.**

T. late umbilicata, orbicularis, valde depressa, tenuis, fragilis, lutescens, superne olivaceo-marmorata; spira vix convexa; anfr. 5; ultimus carinatus: carina tenui, acuta; apertura oblique triangularis; perist. simplex. — Diam. maj. 15, min. 14, alt. 5½ mill. (Coll. Nr. 166.)

Helix planorbis Less. voy. de la Coq. p. 312. t. 13. f. 4.
— *marginata Müll.* (teste Beck.)

Habitat in Nova Guinea (Less.), ins. Negros Philippinarum (Cuming).

318. **H. Swainsoni Pfr.**

T. umbilicata, utrinque depressissima, tenuis, pellucida, subarcuatim ruguloso-striata, virescenti-fulva, lineis 2 rufis ornata; anfr. 5 depressi, medio convexiusculi, carinati: carina acuta, breviter prominente, subrugulosa; umbilicus mediocris, profun-

dus; apertura perobliqua, depresse securiformis; perist. simplex, rectum, margine columellari subincrassato. — Diam. maj. 16, min. 14, alt. 5 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Swainsoni Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1846. p. 28.

Habitat in insula Tahiti (Tucker).

318ᵃ. H. Troilus Gould. †

T. variabilis, depresso-conica, subdiscoidea, leviter et obtuse striata, flavescens, subtus convexa, in umbilicum amplum incurvata, carinata: carina utrinque linea spirali castanea marginata (interdum coloribus inversis); anfr. 5½ rotundati; apertura semilunaris, superne angulata; labrum acutum. — Lat. ¾, alt. $^{3}/_{10}$ poll. (G.)

Helix (Caracolla) *Troilus Gould* 1846. Exped. shells p. 23.

Habitat in insulis Samoa.

Obs. «Haud dissimilis H. explanatae Quoy, sed minor, magis umbilicata, etc.»

318ᵇ. H. Cressida Gould. †

T. variabilis, solida, depressa, lenticularis, acute carinata, nitida, dense et acute striata, coloribus flavo-viridibus et castaneis coalescentibus fasciata, infra subplanulata, umbilico magno et profundo perforata; anfr. 5 vix convexi; apertura triangularis; labrum acutum; faux lilacina. — Lat. $^{7}/_{10}$, alt. ¼ poll. (G.)

Helix Cressida Gould 1846. Exped. shells p. 23.

Habitat in ins. Samoa et Taheiti.

Obs. «Forma fere sicut H. acies, sed subtus planior et minor.»

319. H. acutimargo Pfr.

T. umbilicata, depressa, supra planiuscula, basi convexa, tenuis, pellucida, pallide cornea, acute carinata, supra carinam striis nonnullis confertis, concentricis notata; anfr. 6 lente accrescentes; umbilicus mediocris, pervius; apertura angulato-lunaris; perist. simplex, acutum. — Diam. maj. 16, min. 14½, alt. 6 mill. (Coll. Nr. 167.)

Helix acutimargo Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 40.

— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 620. t. 97. f. 1—3.

Habitat in insula Negros Philippinarum (Cuming).

Obs. Similis speciminibus junioribus H. compressae, qualia circa Fiume legi, a quibus differt umbilico angustiore, anfractibus angustioribus et sculptura.

320. H. radula Pfr.

T. umbilicata, depressa, sublenticularis, solidiuscula, pallide cornea, carinata, striis incrementi confertis et lineis acute promi-

nentibus concentricis exasperata; anfr. 6 convexiusculi, lente accrescentes, ultimus basi inflatus, confertim et radiatim costulato-striatus; umbilicus mediocris, pervius; apertura lunato-elliptica; perist. simplex, vix incrassatum, marginibus callo lineari junctis. — Diam. maj. 21, min. 19, alt. 10 mill. (Coll. Nr. 168.)

Helix radula Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 40.
— — *Phil.* Icon. I. 7. p. 155. t. 4. f. 11.
— —. *Chemn.* ed. II. Helix N. 621. t. 97. f. 4—6.

Habitat in provincia Iloconensi insulae Luzon (Cuming).

321. H. strigilis Pfr.

T. umbilicata, depressa, lenticularis, tenuis, pellucida, pallide cornea, acute carinata; spira parum elevata; anfr. 6 angusti, vix convexiusculi, superne confertim costulato-striati, lineis elevatis concentricis reticulati, ultimus basi convexior, laevigatus, nitidus; umbilicus mediocris, cylindricus; apertura subverticalis, angulato-lunaris; perist. simplex, acutum, margine supero brevi, strictiusculo, basali valde arcuato. — Diam. maj. 12, min. 11, alt. $5\frac{1}{2}$ mill. (Mus. Cuming. et Coll. Nr. 169.)

Helix strigilis Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 124.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 543. t. 87. f. 11—14.

Habitat ad Himamaylan insulae Negros Philippinarum (Cuming).

322. H. albocincta Pfr.

T. umbilicata, orbiculato-convexa, tenuiuscula, superne regulariter et confertim striata, sericina, fulvo-cornea, carinata; spira depresso-conica, apice obtusa; anfr. $5\frac{1}{2}$ convexi, carina alba cincti, ultimus basi sublaevigatus, lineis subtilibus, concentricis notatus; umbilicus mediocris, pervius; apertura obliqua, angulato-lunaris; perist. simplex, acutum. — Diam. maj. 11, min. 10, alt. 5 mill. (Coll. Nr. 170.)

Helix albocincta Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 123.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 545. t. 87. f. 17—20.

Habitat ad Himamaylan insulae Negros (Cuming).

323. H. ptychodes Pfr.

T. umbilicata, depressissima, discoidea, tenuissima, arcuato-plicata, sub epidermide tenui, fusca, decidua hyalina; spira planiuscula; anfr. $4\frac{1}{2}$—5 planulati, ultimus basi vix convexior; umbilicus mediocris; apertura perobliqua, ampla, angulato-lunaris; perist. simplex, acutum. — Diam. maj. $10\frac{1}{3}$, min. 9, alt. $3\frac{1}{3}$ mill. (Mus. Cuming.)

Helix ptychodes Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 137.

Habitat prope Bluefields insulae Jamaicae (Gosse).

324. **H. cumberlandiana Lea.** †

T. lenticulata, carinata, striata, albida, fusco-notata, late umbilicata, ad carinam superne et infra impressa; anfr. 5; apertura angulata, intus sulcata; labrum acutum. — Diam. 0,54, long. 0,14 poll. (Lea.) — Diam. 14, alt. 4 mill. (ex ic.)

Carocolla cumberlandiana Lea obs. III. p. 67. t. 6. f. 61.

Habitat in montibus cumberlandianis, prope Jasper: Tennessee (Lea).

Obs. «Similis H. alternatae Say, facile distinguenda formâ lenticulari et carina. Anfractus omnes in umbilico conspicui». (Lea.)

325. **H. rudiuscula Pfr.**

T. umbilicata, depressa, lenticularis, tenuis; irregulariter rugoso-striata, rudiuscula, corneo-fusca; spira vix convexiuscula; anfr. 5 subplanulati, regulariter accrescentes, ultimus non descendens; umbilicus majusculus, perspectivus; apertura perobliqua, angulato-lunaris; perist. simplex, acutum, margine supero antrorsum arcuato-dilatato. — Diam. maj. 9, min. 8, alt. 3 mill. (Mus. Cuming.)

Helix rudiuscula Pfr. Symb. III. p. 68.

Habitat...? (Ex itinere Belcheri cum nave: Sulphur.)

326. **H. solaria Menke.**

T. latissime umbilicata, lenticularis, superne planiuscula, subtus excavata, tenuis, costulato-striata, cornea, rufo-maculata, acute carinata; anfr. 6½ planulati, lente accrescentes; apertura securiformis; perist. simplex, acutum. — Diam. maj. 7, min. 6⅓, alt. 2½ mill. (Coll. Nr. 171.)

Helix solaria Mke. synops. ed. 2. p. 19.
— — *Rossm.* VII. p. 12. f. 453.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 154. t. 24. f. 26—29.
Helix perspectiva Mühlf. in Mag. d. Ges. naturf. Fr. zu Berlin. VIII. 1818. p. 11. t. 2. f. 19. Nec Say.
— *Megerlei Jan catal.* N. 67.
— *rotundata var. depressa Fér.* hist. t. 79. f. 5.
Gonyodiscus perspectivus Fitzing. syst. Verz. p. 98.
Euryomphala solaria Beck ind. p. 9.
Patula solaria Held in Isis 1837. p. 916.

Habitat in Austria, Carinthia, Carniolia, Lombardia.

327. **H. Argonautula Webb et Berthelot.** †

T. depressa, tenuis, carinata (carina caelata), orbiculata, supra plana: anfractibus elevatis, subtus convexa, argute striata,

cinerea, fasciis 2 interruptis pallide fuscis lineolaque intermedia ornata; apertura depressa, subdeltoidea; perist. simplex, tenue, continuum; umbilicus largiusculus, orbicularis, profundus. (W. et B.) — Diam. 8 — 10, alt. 4 mill. (ex ic.)

Helix Argonautula Webb et *Berth.* synops. p. 325.
— — *Orb.* canar. p. 64. t. 2. f. 13—18.
Carocolla Argonautula Villa disp. p. 19.

Habitat in insulis Canariis.

328. **H. Parlatoris Bivona fil.**

T. parva, umbilicata, depressa, carinata, supra plana, subtus convexa, cornea, pilis longis villosa; anfr. 4 planiusculi, ultimus descendens; apertura subangulata, rotundato-lunaris; perist. rectum, simplex, acutum, marginibus approximatis. — Diam. maj. 9, min. 7, alt. $4\frac{1}{2}$ mill. (Coll. Nr. 172.)

Helix Parlatoris Biv. fil. in: l'Occhio 1839. N. 9. f. 1.
— — *Rossm.* XI. p. 2. f. 688.
— — *Philippi* Sicil. II. p. 107. t. 21. f. 4.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 614. t. 95. f. 26—28.

Habitat in Sicilia ad Monte Cuccio et Busambra (Bivona).

§. 25.

329. **H. algira Linn.**

T. late umbilicata, orbiculato-convexa, obsolete angulata, supra minutissime granulato-decussata, epidermide corneo-lutescente, decidua radiata, subtus nitida; anfr. 6, supremi plani, ultimi convexi; apertura late oblique lunaris; perist. rectum, intus callosum. — R. a. = 3 : 4. — Diam. maj. 45, min. 40, alt. 19 mill. (Coll. Nr. 173.)

Helix algira Linn. syst. ed. X. p. 769. ed. XII. N. 660. p. 1242.
— — *Born* Mus. p. 366. t. 14. f. 3. 4.
— — *Chemn.* IX. P. 2. p. 77. t. 125. f. 1093. 94.
— — (Helicella) *Fér.* pr. 203. Hist. t. 81. f. 1—7.
— — *Lam.* 45. p. 77. ed. Dh. p. 46.
— — *Blainv.* Malacol. p. 461. t. 40. f. 8.
— — *Drap.* p. 115. t. 7. f. 38—40.
— — *Rossm.* III. p. 1. f. 147.
— — *Sow.* Conch. Man. f. 279.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 39. t. 8. f. 3. 4.
— *oculus capri Müll.* verm. II. p. 39. N. 239.
— *aegophthalmos Gmel.* p. 3614. N. 5.
Zonites algireus Montf. p. 283. t. 71.

Zonites algira Beck ind. p. 8.
Tragomma algirum Held in Isis 1837. p. 916.
Descript. de l'Egypte t. 2. f. 20.

Habitat in Gallia meridionali, Sicilia, Sardinia, Corsica.

Obs. Speciem descriptam veram esse Linnaei speciem, ex diagnosi Linnaeana non dubitandum est (conf. Menke in Zeitschr. f. Mal. 1845. p. 25); in collectione Linnaeana eandem nomine H. lusitanicae designatam servari affirmavit Cl. Sylvanus Hanley.

330. **H. verticillus Férussac.**

T. late umbilicata, subsemiglobosa, superne minutim decussata, luteo-fusca, strigis latis remotis luteis ornata, subtus glabra, nitida, virescenti-lutea; anfr. 7, omnes convexi; apertura lunato-subcircularis; perist. acutum, simplex, intus albo-callosum. — R. a. = 4 : 5. — Diam. maj. 33, min. 29, alt. 19 mill. (Coll. Nr. 174.)

Helix verticillus (Helicella) *Fér.* pr. 202. Hist. t. 80. f. 8 et 9 (juv.)
— — *Lam.* 46. p. 78. ed. Dh. p. 47.
— — *C. Pfr.* III. p. 23. t. 5. f. 4. 5.
— — *Rossm.* III. p. 2. f. 149.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 150. t. 24. f. 9. 10.
— *lapidicola Mühlf.* } teste Rossm.
— *oculus capri Hartm.* } teste Rossm.
— *algira Brumati* p. 31.
— — *var. Cantr.* Malac. p. 126.
Aegopis verticillus Fitzing. syst. Verz. p. 99.
Zonites verticillus Beck ind. p. 8.
Tragomma verticillus Held in Isis 1837. p. 916.

Habitat in Austria, Styria, Carinthia, Carniolia, provincia littorali.

331. **H. albanica Ziegler.**

T. late umbilicata, discoidea, demum ecarinata, superne granulato-decussata, corneo-fusca, albido-cincta, subtus lutescens, fascia lata, corneo-fusca ornata, nitida; anfr. 6 convexiusculi; umbilicus magnus, pervius; apertura oblique lunaris; perist. simplex, acutum, intus callosum, marginibus subapproximatis. — R. a. = 7 : 10. — Diam. maj. 37, min. 33, alt. 14—15 mill (Coll. Nr. 175.)

Helix albanica Ziegl. Mus. *Rossm.* III. p. 1. f. 148.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 615. t. 96. f. 1—3.
Zonites albanica Beck ind. p. 8.
Tragomma albanicum Held in Isis 1837. p. 916.
β. var.: Helix Dinara Stentz et Porro. (teste Villa.)

Habitat in Dalmatia et Albania.

332. H. compressa Ziegler.

T. late umbilicata, depresso-orbiculata, obtuse angulata, superne rufescens, sericina, minutissime clathrata, subtus nitida, albido-cincta, cinereo albidoque radiata, infra angulum interrupte rufescenti-vittata; anfr. 6 convexiusculi; apertura oblique lunaris; perist. rectum, acutum, intus sublabiatum. — R. a. = 3 : 4. — Diam. maj. 32, min. 28, alt. 12 mill. (Coll. Nr. 176.)

Helix compressa Zgl. Mus. *Rossm.* III. p. 2. f. 150.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 616. t. 96. f. 4—6.
— *pudiosa Zgl.* (ex spec. coll. Menkean.)
Zonites compressa Beck ind. p. 8.
Tragomma compressum Held in Isis 1837. p. 916.
β. Paulo major, spira paulo elatiore, angulo obtusiore:
Helix lardea Stentz in sched.

Habitat prope Fiume ad Monte Tersatto!

Obs. Specimina juniora acutissime carinata: Chemn. l. c. t. 96. f. 10. 11.

333. H. acies Partsch.

T. late umbilicata, convexo-lenticularis, carinata, superne rufo-cornea, subopaca, costato-striata, subtilissime decussata, subtus albida, nitida, infra carinam compressam, albidam dilute cornea; anfr. 6½ contabulati; apertura lunato-securiformis; perist. rectum, acutum, intus tenuissime labiatum. — R. a. = 11 : 16. — Diam. maj. 31, min. 29, alt. 12 mill. (Coll. Nr. 177.)

Helix acies Partsch in Mus. Caes. Vindob.
— — (Helicella) *Fér.* hist. t. 80. f. 7.
— — *Rossm.* III. p. 3. f. 152.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 619. t. 96. f. 15—17.
Helix acumen Féruss. Mus.
— *acutimargo Zgl.* Mus. olim.
— — *Brumati* p. 30. f. 3. 4.
— *algira Olivi?* Cantr. Malac. p. 127.
Carocolla acutimargo Menke syn. ed. 2. p. 24.
Tragomma acies Held in Isis 1837. p. 916.
Zonites acies Beck ind. p. 8.

Habitat in Dalmatia! Sicilia (Jan)?

Obs. Cl. Cantraine H. explanatam Quoy et Gaim. (vix perforatam) eandem esse putat!

334. H. croatica Partsch.

T. late umbilicata, orbiculato-convexa, superne confertim costulato-striata, subtilissime decussata, sericina, cornea, obtuse angulata, albido-cincta, subtus nitida, lutescenti-albida, infra angulum corneo-fasciata; anfr. 7, supremi acute carinati, reliqui convexiusculi; apertura oblique lunaris; perist. rectum, acutum,

intus vix albo-callosum. — R. a. = 2 : 3. Diam. maj. 28, min. 25, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 178.)

Helix croatica Partsch in Mus. Caes. Vindob.
— — *Rossm.* III. p. 3. f. 151.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 151. t. 24. f. 7. 8.
— *acies var. Cantr.* Malac. p. 127.
Zonites croatica Beck ind. p. 8.
Tragomma croaticum Held in Isis 1837. p. 916.
β. Minor: diam. maj. 23, min. 21, alt. 9 mill. (Spec.)
Helix croatica Fér. hist. t. 80. f. 5.

Habitat in Croatia, var. β in Carniolia.

335. **H. carica Roth.** †

T. late umbilicata, paucispira, depresso-orbiculata, obtuse carinata, supra sericina, subtilissime decussata, seriatim granulata, striata, corneo-lutescens, subtus laevis, corneo-albescens, luteo-radiata; sutura profunda; anfr. 4½ convexiusculi; apertura oblique lunato-ovalis; perist. acutum, rectum, intus callosum, potius labiatum; labium album, externe luteo-pellucens. — Alt. 6, lat. 11 lin. (R.) — Diam. maj. 25, min. 23, alt. 11—12 mill. (ex ic.)

Helix carica Roth diss. p. 17. t. 1. f. 6. 7. 21.

Habitat ad Cacamo Cariae.

336. **H. smyrnensis Roth.**

T. late umbilicata, orbiculato-convexa, obtuse carinata, corneo-lutescens; superne subtiliter granulato-decussata, subtus laevis, nitida, remote luteo-radiata; anfr. 6 contabulati; apertura oblique lunaris; perist. rectum, simplex, acutum, intus remote labiatum. — R. a. = 3 : 4. — Diam. maj. 28, min. 26, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 179.)

Helix smyrnensis Roth diss. p. 16. t. 1. f. 8. 9.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 617. t. 96. f. 12—14.

Habitat prope Smyrnam, Sardum, in insula Syme.

337. **H. gemonensis Férussac.**

T. late umbilicata, orbiculato-convexa, carinata, lutescens, superne striata, subdecussata, sericina, subtus glabra, nitida; anfr. 6 planiusculi; apertura angulato-lunata; perist. rectum, acutum, sublabiatum. — R. a. = 2 : 3. — Diam. maj. 18, min. 16, alt. 8 mill. (Coll. Nr. 180.)

Helix gemonensis Fér. pr. 204. Hist. t. 80. f. 6.
— — *Rossm.* III. p. 3. f. 153.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 618. t. 96. f. 12—14.
— *isodoma Jan* Mantissa p. 2.

Zonites gemonensis Beck ind. p. 8.
Tragomma gemonense Held in Isis 1837. p. 916.
Habitat in Friaulia, prope Gemona, Recoaro.

§. 26.

338. **H. monticola (Nanina) Hutton.**

T. perforata, depressa, subdiscoidea, fusco-cornea, striata, lineis concentricis, confertis minutissime reticulata; spira vix elevata, apice obtusata; anfr. 6 vix convexiusculi, ultimus obsolete angulatus; sutura leviter impressa; apertura lata, lunaris; perist. simplex, rectum, intus callo albido late labiatum, margine columellari vix reflexo. — Diam. maj. 26, min. 17, alt. 10 mill. (Spec. Mus. Britt.) — Diam. 1, 75 poll. (Hutt.)

Nanina monticola Hutt. in Journ. As. Soc. VII. P. 1. p. 215.
— *convexa Bens.* in sched. Cuming.
Habitat in Himalaya ad Mahassu (Hutt.), Landour (Bens.).

Obs. Similis H. labiatae (Nr. 164.) forsan hoc loco enumerandae; differt anfractuum numero, sculptura, etc.

339. **H. Olivieri Férussac.**

T. demum clauso-perforata, subglobosa, tenera, pellucida, albida, dilute fusculo-fasciata; anfr. 5 — 6 convexiusculi; apertura lunato-rotunda; perist. rectum, intus albido-labiatum. — Diam. maj. 15, min. 13, alt. 10 mill. (Coll. Nr. 181. Spec. Fiumens.)

Helix Olivieri (Helicella) *Fér.* pr. 255 et Mus.!
— — *Rossm.* VI. p. 37. f. 365.
— — *Phil.* Sicil. II. p. 105.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 88. t. 16. f. 17. 18.
— *cincta Hartm.* (teste Charp.)
— *dilucida Zgl.* Mus.
— *Rizza Arad.* (Phil. in Zeitschr. f. Mal. 1844. p. 105.)
Bradybaena Olivieri Beck ind. p. 19.

β. Depressior, fere tota cornea, fascia alba ad suturam et angusta ad peripheriam:
Helix parumcincta Parr. in sched.

γ. Anfractu ultimo albo, linea peripherica cornea cingulato et punctis pellucidis consperso, spira cornea:
Helix ocellata Parr. in sched. — Roth diss. p. 14.

Habitat prope Fiume (!), in Dalmatia, Corfu, Sicilia, var. γ. frequentissima Byzantii (Roth).

Obs. H. ornata Crist. et Jan, nec non H. bizona Mlf. huc referendae videntur.

340. **H. Rothi Pfr.**

T. subobtecte perforata, depresso-globosa, opaca, sordide alba, bifasciata: fascia supera angusta, rufa, inferiore lata, diluta, pellucida; anfr. 6 convexiusculi, ultimus vix descendens; apertura lunaris; perist. acutum, intus albo-labiatum, margine columellari reflexo, perforationem fere tegente. — Diam. maj. 13½, min. 12, alt. 9 mill. (Coll. Nr. 182.)

Helix Rothi Pfr. in Wiegm. Arch. 1841. I. p. 218.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 92. t. 17. f. 5—7.
— *Olivieri var. Roth* diss. p. 14.

Habitat in insula Syra (Roth, Forbes).

341. **H. pisiformis Pfr.**

T. perforata, globulosa, tenuiuscula, oblique striatula (striis ad suturam distinctioribus), corneo-lutescens, linea 1 alba, opaca cingulata; spira conoidea, acutiuscula; anfr. 5½ convexiusculi, penultimus subcarinatus, ultimus antice subdescendens; apertura obliqua, rotundato-lunaris; perist. acutum, subexpansum, intus remote et valide albo-labiatum, marginibus vix convergentibus, columellari subdilatato, patente. — Diam. maj. 11, min. 9⅓, alt. 7 mill. (Mus. Stuttgart. et Coll. Nr. 183.)

Helix pisiformis Pfr. Symb. III. p. 95.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 91. t. 17. f. 8—10.

Habitat in Caucaso.

342. **H. syriaca Ehrenberg.**

T. subimperforata, globoso-depressa, grisea, pellucidula, plerumque fasciis 2 calcareis, opacis ornata, parum nitida, minutissime rugulosa; spira convexiuscula; anfr. 5 planiusculi, ultimus antice vix descendens; apertura late lunaris; perist. subpatulum, rufum, albo-labiatum. — Diam. maj. 12½, min. 10, alt. 7½—8 mill. (Coll. Nr. 184.)

Helix syriaca Ehrenb. Symb. phys. Moll.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 629. t. 98. f. 4—6.
— *onychina Rossm.* IX. p. 7. f. 568.
— — *Phil.* Sicil. II. p. 106.
Bradybaena syriaca Beck ind. p. 19.
Descript. de l'Egypte t. 2. f. 18?

β. Minor, subunicolor:
Helix gregaria Zgl., Rossm. IX. f. 569.

Habitat in Syria, Egypto, Algeria, var. β in Sicilia.

343. **H. occidentalis Récluz.**

T. rimato-perforata, globoso-depressa, ruguloso-striata, epidermide virenti-flava, hispida induta, plerumque rufo-bizonata;

anfr. $4\frac{1}{2}$—5 convexi, sutura profunda distincti, ultimus dilatatus, basi convexus; apertura lunato-semiovalis, intus lactea; perist. acutum, expansiusculum, intus valide albo-labiatum, margine columellari dilatato. — Diam. maj. 9, min. 7, alt. 5 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Ponentina Morelet moll. du Port. p. 65. t. 6. f. 4.
— *occidentalis Récluz* in Revue zool. 1845. p. 311.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 697. t. 111. f. 20—22.
— *lisbonensis Pfr.* Symb. III. p. 68.
— — *Phil.* Icon. II. 11. p. 86. Helix t. 7. f. 10.

Habitat in tota Lusitania, frequentissima prope Cintra; var. major, magis globulosa, diaphana in Algarbia.

Obs. Nomen H. Ponentinae pessime formatum, nec adoptandum!

344. H. carthusiana Müller.

T. perforata, globoso-depressa, minute striata, corneo-albida, subpellucida; spira parum elata, plerumque mammillata; anfr. $5\frac{1}{2}$ vix convexiusculi, ultimus antice subdeflexus; apertura late lunaris, intus labiata; perist. acutum, subexpansum, rubellum, margine basali subrecto, columellari perforationem semitegente. — Diam. maj. 14, min. 11, alt. $7\frac{1}{2}$ mill. (Coll. Nr. 185. Spec. typ. frequentiss.)

Helix carthusiana Müll. verm. II. p. 15. N. 214.
— — *Gray* Man. p. 146. t. 3. f. 27.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 90. t. 16. f. 21. 22.
— *nitida Chemn.* IX. P. 2. p. 103. t. 127. f. 1130. 31.
— *nemoralis β β* Gmel.
— *carthusianella Drap.* p. 101. t. 6. f. 31. 32. t. 7. f. 3. 4.
— — *Lam.* 71. p. 85. ed. Dh. p. 61.
— — *C. Pfr.* III. p. 25. t. 6. f. 1.
— — *Kryn.* Bull. Mosc. IX. p. 183.
— — *Rossm.* VI. p. 37. f. 366.
— — *Morelet* moll. du Port. p. 62.
— *Olivieri γ* (Helicella) *Fér.* pr. 255 et Mus.!
— — *C. Pfr.* III. p. 25. t. 6. f. 4.
— — ? *Kryn.* Bull. Mosc. IX. p. 185.
— *Gibbsii Leach*, Brown britt. shells t. 40. f. 49—51.
— *Gypsii Féruss.* in Journ. de Phys. XC. 300.
— *rufilabris Jeffr.* Linn. transact. XVI. p. 509.
— *Zenobia bimarginata Gray* in Med. Repos. 1821.
— *claustralis* et *lucernalis Zgl.* Mus.
— . . . . *Fér.* hist. Livr. 34. t. 3. f. 11.
Theba carthusianella et *Charpentiera Risso* IV. p. 76.
Monacha carthusianella Fitzing. syst. Verz. p. 95.

Bradybaena carthusiana Beck ind. p. 19.
Fruticicola carthusianella Held in Isis 1837. p. 914.
Descript. de l'Egypte t. 2. f. 17.

β. Major, ad H. Cantianam prope accedens: diam. maj. 15⅔, min. 13½, alt. 10 mill. (Spec.)

γ. Minima: diam. maj. 9½, min. 8½, alt. 7 mill. (Spec.)

δ.? Helix convexa Arad. et Magg. cat. p. 70.*) — Philippi Sicil. II. p. 217. («Num satis differt ab H. carthusianella»?)

Habitat in Austria (et passim in Germania media), Illyria, Helvetia, Gallia, Lusitania, Britannia, Volhynia, Tauria, et in insulis maris mediterranei, var. β prope Monfalcone! Var. δ? prope Castiglione in Aetna.

Obs. Varietates citatae stricte separari non possunt. Praeterea variat spira magis minusve prominula et umbilico majore vel omnino clauso.

345. H. obstructa Férussac.

T. subtus rimata, depressa, laevis, corneo-albida, subpellucida; spira planiuscula; anfr. 4½, ultimus subdevians, prope aperturam albidus, margine rubello; apertura lunato-rotundata, intus albo-labiata; perist. simplex, margine columellari reflexiusculo. — Diam. maj. 12, min. 9⅔, alt. 6 mill. (Coll. Nr. 186.)

Helix obstructa Fér. pr. p. 69 et Mus.!
— — *Pfr.* Symb. II. p. 35.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 628. t. 98. f. 1—3.
— *obstrusa* (Helicella) *Fér.* pr. 256.
— . . . . *Fér.* hist. Livr. 34. t. 3. f. 10.

Habitat in Africa boreali: Tripoli. (Mus. Paris.)

Obs. Superne H. carthusianae simillima, basi autem ex deviatione anfractus ultimi rimata, nec perforata facillime distinguenda.

346. H. Cantiana Montagu.

T. umbilicata, globoso-depressa, tenuis, pellucida, striata, corneo-lutescens; spira vix elata; anfr. 5½—6 convexiusculi, rapide accrescentes, ultimus inflatus, non deflexus; apertura lunaris, intus margaritacea; perist. acutum, intus labiatum, margine columellari dilatato, umbilicum angustum, pervium non tegente. — Diam. maj. 21, min. 18, alt. 13—14 mill. (Coll. Nr. 187. Spec. illyrica, gallicis et britannicis majora.)

Helix Cantiana Mont. p. 422. t. 23. f. 1.
— — *Gray* Man. p. 144. t. 3. f. 26.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 89. t. 16. f. 19. 20.

---

*) T. subglobosa, undique convexa, perforata, tenui, subtiliter striata, pellucida, extus rufescente, intus subviolacea; apertura subcirculari; labro simplice, intus vix marginato. — Diam 6, alt 4⅖ lin. (Ar. l. c.)

Helix carthusiana Drap. p. 102. t. 6. f. 33. Nec Müll.
— — *Lam.* 72. p. 85. ed. Dh. p. 62.
— — *C. Pfr.* III. p. 26. t. 6. f. 2. 3.
— — *Rossm.* VI. p. 36. f. 364.
— *pallida Jeffr.* Linn. transact. XVI. 2.
— — *Donov.* britt. shells t. 157. f. 2.
— *crepuscularis Gmel.* 179?
Theba carthusiana Risso IV. p. 74.
Bradybaena Cantiana et *Brunonensis Beck* ind. p. 19.
Fruticicola carthusiana Held in Isis 1837. p. 914.

Habitat in Britannia, Illyria (!), Gallia meridionali, Italia.

347. H. Grayi Pfr.

T. subobtecte umbilicata, globoso-depressa, tenuiuscula, striata et undique granulata, pallide fulvescens, sutura et area basali violaceo-castaneis; spira parum elata; anfr. 5—5½ convexiusculi, ultimus antice breviter deflexus; umbilicus angustus; apertura lunato-circularis, intus tenuiter roseo-labiata; perist. simplex, margine dextro recto, columellari dilatato, reflexo, roseo. — Diam. maj. 23, min. 19, alt. 15 mill. (Mus. Cuming.)

Helix ... *Gray* New Zeal. ined. t. 1. f. 8. 9.
— ... *Pfr.* Symb. III. p. 68.

Habitat in Australia orientali (Gilbert).

348. H. multistriata Deshayes.

T. perforata, depresso-globosa, tenuis, fragilis, translucida, cornea, striis regularibus concentricis creberrimis notata; anfr. 5½ convexiusculi, ultimus ad peripheriam obsolete angulatus et bicinctus: cingulis angustis, contiguis, supero rufo, infero albido; apertura lunaris; perist. intus sublabiatum, margine supero expanso, basali dilatato, reflexo, foramen semitegente, prope columellam subdentato. — Diam. maj. 19, min. 16, alt. 11—12 mill. (Coll. Nr. 188.)

Helix multistriata Desh. in Encycl. méth. II. p. 248. N. 101.
— — *Lam.* ed. Dh. 158. p. 102.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 95. t. 17. f. 13. 14.
— *circumtexta* (Helicogena) *Fér.* hist. t. 27 A. f. 4. 5.
— — *Orb.* cub. I. p. 147. t. 9. f. 4—7.
— *bicincta Mke* synops. ed. 2. p. 127. (ex spec. detrito.)
— — *Voigt* in Cuv. Thierr. III. p. 66.
— *vesica Lea* obs. I. p. 168. t. 19. f. 67. (ex spec. decol.)
— *adjuncta Zgl.?* (Beck.)

Bradybaena bicincta Beck ind. p. 19.

β. Minor: diam. maj. 13, min. 11, alt. 9 mill. (Spec.)

Helix circumtexta var. Fér. hist. t. 27 A. f. 6.

— *multistriata var. Chemn.* ed. II. Helix t. 17. f. 29. 30.

Habitat in insula Cuba. Frequentem legi circa Matanzas in ripis fluviorum Yumurí et Canimar.

349. H. fruticum Müller.

T. aperte umbilicata, globosa, opaca, rufescens aut albido-lutescens (raro castaneo-unifasciata); anfr. 5—6 convexi, concentrice obsolete striolati, ultimus basi inflatus, circa umbilicum mediocrem, pervium excavatus; apertura lunato-rotunda; perist. subpatulum, sublabiatum. — Diam. maj. 21, min. 19, alt. 14—15 mill. (Coll. Nr. 189. Spec. bass.)

Helix fruticum Müll. verm. II. p. 71. N. 267.
— — *Chemn.* IX. P. 2. p. 150. t. 133. f. 1203.
— — *Drap.* p. 83. t. 5. f. 16. 17.
— — *Lam.* 66. p. 83. ed. Dh. p. 59.
— — *C. Pfr.* I. p. 23. t. 2. f. 3—5.
— — *Rossm.* I. p. 61. f. 8.
— — *Kryn.* Bull. Mosc. IX. p. 174.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 83. t. 16. f. 1—4.
— *terrestris Gmel.* 175.
— *cinerea Poir.* prodr. p. 73.
Helicella fruticum Fitzing. syst. Verz. p. 95.
Bradybaena fruticum Beck ind. p. 19.
Fruticicola fruticum Held in Isis 1837. p. 914.
Eulota fruticum Hartm. Gast. I. p. 179. t. 63. 64.

β. Minor, tenuis, rosea, concentrice distinctius striata, anfractu ultimo circa umbilicum subangulato: diam. maj. 18, min. 16, alt. 12—13 mill. (Spec.)

Habitat in Germania, Gallia, Helvetia etc., sed non in Britannia; in Syria teste Férussac. Var. *β* legi ad Westerhof prope Göttingam.

Obs. Variat magnitudine, nec non spira magis minusve elevata.

350. H. inchoata Morelet. †

T. orbiculato-convexa, tenuis, perforata, corneo-lutescens vel avellanacea, saepius pellucida, interdum absque nitore; spira prominula; anfr. 7 subplani, striatuli, infimus fasciatus, subtus turgidulus; apertura subrotunda; labrum simplex, fragile [in adultis intus pone marginem labiatum]. — Amplit. 17—23 mill. (M.) — Diam. 23, alt. 17 mill. (ex ic.)

Helix inchoata Morelet moll. du Port. p. 70. t. 7. f. 1.

α. Avellanea subtus olivacea; ultimo anfractu 2 fasciis fusco-rubescentibus, luteo extrinsecus pallide marginatis, ornato.

β. Lutescens, fusco-rubescente unifasciata.
γ. Omnino lutea vel albicans.

Habitat frequens in tota Lusitania.

Obs. Differt ab H. fruticum anfractuum lentius accrescentium, planiorum numero, umbilico angustissimo, apertura magis ovali, etc. (M.)

351. H. fruticola Krynicki.

T. angustissime umbilicata, orbiculato-convexa, tenuiuscula, striata, albida; spira prominula, acutiuscula; anfr. 7 convexiusculi, ultimus antice valde deflexus; apertura obliqua, rotundato-lunaris; perist. rectum, acutum, intus anguste albo-labiatum, marginibus subconniventibus, columellari superne dilatato, fornicatim reflexo, umbilicum non pervium semitegente. — Diam. maj. 17, min. 14, alt. 11 mill. (Coll. Nr. 190.)

Helix fruticola Kryn. in Bull. Mosc. VI. p. 429. IX. p. 181.*).
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 624. t. 97. f. 17—19.

Habitat in Tauria meridionali. (Benevole communicavit Cl. de Middendorff.)

352. H. despecta Gray.

T. anguste umbilicata, subglobosa, tenuis, rugoso-striata, flavido-fusca; spira paululum elata; anfr. 5 convexi, ultimus inflatus; sutura profunda; apertura ampla, lunato-rotundata; perist. simplex, intus subincrassatum, margine columellari superne dilatato, reflexo, umbilicum semioccultante. — Diam. maj. 22, min. 19, alt. 17 mill. (Coll. Gray.)

Helix despecta Gray in Zoöl. of Beech. voy. p. 143. t. 38. f. 5.

Habitat Loo-Choo? (Gray.)

353. H. Mighelsiana Pfr.

T. umbilicata, globosa, solida, valide et confertim plicata, spiraliter obsolete striata, rufa vel lutescenti-fusca; spira conoideo-semiglobosa; anfr. 5 convexiusculi, ultimus ventrosus, antice vix descendens, circa umbilicum angustum compressus; apertura subverticalis, rotundato-lunaris; perist. rectum, albo-labiatum,

---

*) T. orbiculato-convexa, subglobosa, tenui, pellucida, transversim striata, sub epidermide sordide flavescente lactea; anfr. 7 rotundatis; suturis profundiusculis; spira elevata; umbilico angusto; apertura rotundato-lunata, ad umbilicum subcoarctata; perist. subsimplici, intus linea eburnea incrassato. — Alt. 4½, diam. 8½ lin. — Ab H. fruticum, cui similis, distinguitur magnitudine minore, anfractuum numero, umbilico minus angustato, superficieque sine striis longitudinalibus. (Kryn. l. c.)

margine columellari dilatato-patente. — Diam. maj. 19, min. 16½, alt. 15 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Mighelsiana Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1846. p. 110.

Habitat prope Surigao insulae Mindanao.

354. **H. fodiens Pfr.**

T. umbilicata, subglobosa, tenuiuscula, diaphana, rufo-cornea, oblique confertim plicata; anfr. 5½ convexiusculi, ultimus subangulatus; umbilicus angustus, pervius; apertura lunato-subcircularis, intus nitide carnea; perist. subexpansum, intus sublabiatum, margine columellari dilatato, reflexo. — Diam. maj. 21, min. 18, alt. 15 mill. (Coll. Nr. 191.)

Helix fodiens Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 39.
— — *Phil.* Icon. I. 7. p. 154. t. 5. f. 10.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 97. t. 17. f. 1. 2.

β. Minor, pallidior, anfr. 5: diam. maj. 19, alt. 12 mill. (Spec.)

γ. Testa tenui, striis longitudinalibus et spiralibus sub lente decussata, perist. subrecto.

Habitat in insula Luzon, α in prov. Iloconensi, β in prov. Cagayan, ubi semper terrae infossam legit Cl. Cuming; γ in insula Siquijor.

355. **H. Schuberti Roth.** †

T. globosa, ventricosa, perforata, foramine leviter obtecto et rimam aequante, tenuis, rufescens, minutissime longitudinaliter striata; anfr. 6 planiusculi; apertura lunata; perist. reflexum, albolabiatum, marginibus approximatis. (R.) — Diam. maj. 18½, min. 16, alt. 14 mill. (ex ic.)

Helix Schuberti Roth diss. p. 15. t. 1. f. 1. 2.

Habitat in sepulcris necropoleos dictae Cacamo Cariae.

356. **H. tourannensis Souleyet.**

T. umbilicata, conico-globosa, livide cornea, distincte et confertim striata, subdiaphana; anfr. 6 convexi, ultimus basi inflatus; umbilicus angustissimus, vix pervius; apertura lunato-rotundata; perist. carneum, acutum, intus valide albo-labiatum, margine dextro expanso, columellari dilatato, reflexiusculo. — Diam. maj. 15, min. 14, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 192.)

Helix tourannensis Soul. in Revue zool. 1842. p. 101.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 96. t. 17. f. 3. 4.
— *globula Lea* obs. I. p. 170. t. 19. f. 70.
— *clusilis Valenc.* Mus. Paris.

Habitat in Cochinchina (Soul.), in China prope Canton (Lea).

Obs. Nomen a Cl. Valenciennes impositum ab epiphragmate calcareo, pone labium internum aperturam perfecte claudente.

357. H. Ravergiensis Férussac.

T. umbilicata, globoso-depressa, tenuis, subtiliter rugoso-striata, sub lente granulata, corneo-albida, pellucida, fascia lata subopaca albida ad suturam, angustiore alba ad peripheriam ornata; anfr. 6 convexiusculi, ultimus antice subdeflexus; apertura lunato-rotundata; perist. acutum, expansum, intus callo albo, acuto labiatum, margine columellari dilatato, umbilicum angustum, pervium semitegente. — Diam. maj. 16, min. 13, alt. 10 mill. (Coll. Nr. 193.)

Helix Ravergiensis Fér. in Bull. zool. 1835. p. 21.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 222. t. 65. f. 1. 2.
— *Ravergii Kryn.* Bull. Mosc. IX. p. 182.
— *limbata Kryn.* Bull. Mosc. VI. p. 431. Nec Drap.
— *caucasica Pfr.* in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 131.

Habitat in Caucaso.

358. H. berytensis Férussac.

T. umbilicata, depresso-globosa, tenuis, subpellucida, luteo-fulvicans, minutissime granulata; anfr. 5½ planiusculi, ultimus magnus, obsolete angulatus; umbilicus angustus; apertura lunato-rotundata; perist. simplex, intus labiatum, margine columellari reflexo, basali et dextro vix expansis. — Diam. maj. 16, min. 14, alt. 10½ mill. (Coll. Nr. 194.)

Helix berytensis (Helicella) *Fér.* pr. 260 et Mus.!
— — *Pfr.* Symb. I. p. 39.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 93. t. 17. f. 11. 12
— *granulata Roth* diss. p. 16. t. 1. f. 3. Nec Quoy.

Habitat in Syria, prope Berytum (Fér.), Cacamo (Roth).

359. H. Rissoana Pfr.

T. perforata, globosa, tenuis, striata, diaphana, vix nitida, rufa; spira conoidea, obtusiuscula; anfr. 6 convexiusculi, ultimus subangulatus, medio pallide cingulatus, antice breviter descendens, basi ventrosus; apertura magna, semicircularis; perist. intus rubello-labiatum, breviter expansum, margine columellari in laminam brevem, perforationem semioccultantem, reflexo. — Diam. maj. 18, min. 15½, alt. 13 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Rissoana Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1846. p. 110.

Habitat in Graecia.

360. H. incarnata Müller.

T. perforata, depresso-globosa, leviter carinata, tenuis, opaca, pruinosa, rufescens, pellucide unifasciata, minutissime

granulata; anfr. 6 convexiusculi, ultimus antice deflexus; apertura lunaris; perist. acutum, subreflexum, extus rufescens, intus labio incarnato, marginem non attingente, munitum. — Diam. maj. 16, min. $14\frac{1}{2}$, alt. $9\frac{1}{2}$ mill. (Coll. Nr. 195.)

Helix incarnata Müll. verm. II. p. 63. N. 259.
— — *Chemn.* IX. P. 2. p. 151. t. 133. f. 1206.
— — *Drap.* p. 100. t. 6. f. 30.
— — *Lam.* 94. p. 91. ed. Dh. p. 70.
— — *C. Pfr.* I. p. 33. t. 2. f. 15.
— — *Rossm.* I. p. 62. f. 10. VI. f. 361.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 626. t. 97. f. 23—25.
— *sericea Müll.* verm. II. p. 62. N. 258. (H. incarn. juv. teste Beck.)
— *sylvestris Hartm.* Neue Alpina I. p. 240.
— .... *Fér.* hist. Livr. 34. t. 4. f. 20—22.
Monacha incarnata Fitzing. syst. Verz. p. 95.
Bradybaena incarnata Beck ind. p. 20.
Fruticicola incarnata Held in Isis 1837. p. 914.

β. Minor, umbilico fere prorsus obtecto:
Helix tecta Zgl. Mus.

γ. Solidior, opaca, aperturae margine basali strictiusculo:
Helix Welebitana Stentz in sched.

Habitat in Germania, Gallia, Suecia etc., non in Britannia.

361. **H. vicina Rossmässler.**

T. obtecte subperforata, depresso-globosa, corneo-lutescens, medio pellucide leucozona, granulato-alutacea; anfr. 6 vix convexiusculi, ultimus antice breviter descendens, basi medio impressus; apertura perobliqua, rotundato-lunaris; perist. patulum, albo-labiatum, margine columellari breviter dilatato, adnato, basali angulatim reflexo. — Diam. maj. $12\frac{1}{2}$, min. $11\frac{1}{3}$, alt. 8 mill. (Spec. coll. Rossm.)

Helix vicina Rossm. XI. p. 3. f. 689.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 223. t. 65. f. 3. 4.
— *carpatica Friv.* ined. (teste Rm.)

Habitat in montibus Carpathicis (Frivaldsky).

362. **H. limbata Draparnaud.**

T. subobtecte perforata, depresso-globosa, subtilissime striata, pellucide corneo-lutescens, ad peripheriam subcarinata: carina alba, opaca; anfr. 6 planiusculi, ultimus antice non descendens; apertura lunaris; perist. reflexiusculum, leviter labiatum, margine columellari breviter dilatato, perforationem semitegente. — Diam. maj. 15, min. 13, alt. 9 mill. (Coll. Nr. 196.)

Helix limbata Drap. p. 100. t. 6. f. 29.

Helix limbata (Helicella) *Fér.* pr. 253.
— — *Lam.* ed. Dh. 129. p. 88.
— — *Rossm.* VI. p. 35. f. 362.
— — *Gray* Man. p. 143. t. 11. f. 132.
— — *Dupuy* moll. du Gers p. 16. N. 5.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 94. t. 17. f. 15. 16.
Bradybaena limbata Beck ind. p. 18.
Fruticicola limbata Held in Isis 1837. p. 914.

Habitat in Gallia meridionali! et in Anglia?

363. H. consona Ziegler.

T. obtecte perforata, depresso-globosa, lutescenti-cornea, fascia intermedia pellucida, leviter striata, nitidula, pellucida; anfr. 5½ convexiusculi, ultimus antice vix descendens; apertura late lunaris; perist. rectum, acutum, intus albo-labiatum, marginibus remotis, columellari dilatato, perforationem angustam fere obtegente. — Diam. maj. 14½, min. 13, alt. 9½ mill. (Coll. Nr. 197.)

Helix consona Zgl. Mus. *Rossm.* IX. p. 8. f. 572. 73.
— — *Phil.* Sicil. II. p. 106.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 625. t. 97. f. 20—22.
— *ursula Fér.* Mus. Paris.?
Bradybaena consona Beck ind. p. 20.
Fruticicola consona Held in Isis 1837. p. 914.

Habitat in Sicilia.

364. H. plebeja Draparnaud.

T. subobtecte perforata, globoso-depressa, cornea, hirta, carina obtusa albo-pellucente; anfr. 6 vix convexiusculi; apertura lunaris; perist. reflexiusculum, albido-labiatum. — Diam. maj. 14, min. 11, alt. 9 mill. (Coll. Nr. 198.)

Helix plebejum Drap. p. 105. t. 7. f. 5.
— — *Lam.* ed. Dh. 98. p. 72.
— *plebeja Mich.* compl. p. 29.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 627. t. 97. f. 26—28.
— *lurida Zgl.* Mus. — *C. Pfr.* III. p. 33. t. 6. f. 14. 15.
— — *Rossm.* VI. p. 35. f. 360.
Bradybaena lurida Beck ind. p. 20.

β. Minor, tenera, opaca, perist. acuto, labio angustiore: diam. maj. 10½, min. 9, alt. 6½ mill. (Spec.)
Helix lurida var. Rossm. VII. p. 4. f. 437.
— *separanda* et *pterididea Zgl.* Mus.

Bradybaena plebeja Beck ind. p. 20.

Habitat in Carniolia rarior; var. β in Carniolia, provincia Austriae littorali et in monte Jura (Drap.).

Obs. 1. Etsi specimina Draparnaudiana in Mus. Caes. Vindobonensi servata ad H. rufescentem spectent, tamen ex icone et descriptione auctoris dubitare non possum, var. minorem H. luridae Zgl. veram esse H. plebejam Drap.

Obs. 2. H. plebeja Kryn. (Bull. Mosc. VI. p. 430.) pertinet ad H. strigellam.

365. H. filicina Schmidt.

T. perforata, depresso-globosa, pellucida, purpurascenti-cornea, pilis brevissimis sparsis obsita; anfr. 6 lente accrescentes, ultimus albido-cingulatus; umbilicus angustus, apertus; apertura lunaris; perist. intus roseo-labiatum, margine columellari reflexiusculo. — Diam. maj. 9, min. 8½, alt. 5 mill. (Coll. Nr. 199.)

Helix filicina Schmidt Mus. *Pfr.* Symb. I. p. 39.

— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 638. t. 98. f. 31. 32.

Habitat in Carniolia (Schmidt).

Obs. Peraffinis H. luridae β Rossm.; distingui tamen potest colore, forma minus depressa, anfractibus angustioribus, umbilico, etc.

366. H. rufescens Pennant.

T. umbilicata, subgloboso-depressa, subcarinata, striatula, pallide rufescens; spira parum elata; anfr. 6 convexiusculi, ultimus albido-cingulatus, antice non deflexus; apertura ovato-lunaris; perist. patulum, remote albo-labiatum, margine columellari reflexiusculo. — Diam. maj. 11, min. 10, alt. 6 mill. (Coll. Nr. 200. Spec. Vindobon.)

Helix rufescens Pennant Britt. Zool. f. 34.

— — *Montagu* p. 420. t. 23. f. 2.

— — *Gray* Man. p. 156. t. 3. f. 28.

— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 87. t. 16. f. 13—16.

— *circinnata Stud.* Verz. p. 12. *Fér.* pr. 268.

— — *Rossm.* I. p. 63. f. 12 a. VII. f. 422.

— *montana C. Pfr.* III. p. 33. t. 6. f. 10.

— *clandestina Born.* (teste Hartm.)

— *Altenana Klees.* (teste Fér.)

— *corrugata* et *clandestina W. Hartm.* in Neue Alpina I. p. 256.

— *turturum Gmel.* 169? (Mont.)

Bradybaena rufescens et *circinnata Beck* ind. p. 20.

Fruticicola circinnata Held in Isis 1837. p. 914.

Trichia circinnata clandestina Hartm. Gast. I. p. 125. t. 38.

Minor:

Helix caelata Stud.

Bradybaena caelata Beck ind. p. 20.

γ. Major, depressior, saturatius rufa, latius umbilicata: diam. maj. 14, min. 12½, alt. 7 mill. (Spec. Heidelberg.)
Helix montana Stud. Verz. p. 12.
— *striolata C. Pfr.* III. p. 28. t. 6. f. 8.
— *circinnata var. montana Rossm.* I. p. 63. f. 126. VII. f. 423.
— *rufina Parr.* in sched. *Pfr.* Symb. I. p. 39.
δ. Carina distinctiore:
Helix Parreyssii Fitzing.
ε. Juvenis:
Helix tomentosa Adams. (Mont.)
Habitat in Germania passim, in Helvetia, Britannia.

367. **H. villosa Draparnaud.**

T. aperte umbilicata, orbiculato-depressa, villosa, lutescenti-cornea, opaca, striata, subalutacea, tenera; anfr. 5½ convexi, ultimus non deflexus; apertura ovato-lunaris; perist. subpatulum, intus labro tenui, lato, candido munitum, margine columellari reflexiusculo, subincrassato. — Diam. maj. 14, min. 12, alt. 7 mill. (Coll. Nr. 201.)

Helix villosa Drap. p. 104. t. 7. f. 18.
— — (Helicella) Fér. pr. 266.
— — *C. Pfr.* III. p. 27. t. 6. f. 5. 6.
— — *Lam.* ed. Dh. 119. p. 83.
— — *Rossm.* VII. p. 1. f. 421.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 85. t. 16. f. 7. 8.
— *pilosa v. Alt.* p. 46. t. 10. f. 7.
Bradybaena villosa Beck ind. p. 20.
Fruticicola villosa Held in Isis 1837. p. 914.
Habitat in Bavaria, Helvetia, Gallia, Italia boreali.

368. **H. strigella Draparnaud.**

T. aperte umbilicata, depresso-globosa, striata, cornea, albido-cingulata (fugacissime pubescens); anfr. 5½—6 planiusculi, ultimus antice descendens; apertura lunato-rotundata; perist. reflexiusculum, remote labiatum, marginibus approximatis, columellari dilatato. — Diam. maj. 15, min. 13, alt. 9½ mill. (Coll. Nr. 202.)

Helix strigella Drap. p. 84. t. 7. f. 1. 2.
— — (Helicella) *Fér.* pr. 265.
— — *C. Pfr.* I. p. 32. t. 2. f. 6.
— — *Rossm.* I. p. 61. f. 9.
— — *Kryn.* Bull. Mosc. IX. p. 176.
— — *Lam.* ed. Dh. 113. p. 80.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 84. t. 16. f. 5. 6.
— *sylvestris v. Alt.* p. 69. t. 7. f. 13.

Helix Altenana Gärtn. Wett. p. 27.
— *plebeja Kryn.* Bull. Mosc. VI. p. 430.
— *apennina Mühlf.* Mus.
— *fruticosa Parr.* (teste Kryn.)
— *cornea Hartm.* Neue Alpina I. p. 229.
Helicella strigella Fitzing. syst. Verz. p. 95.
Bradybaena strigella Beck ind. p. 19.
Fruticicola strigella Held in Isis 1837. p. 914.
β. Major: diam. maj. 18½, min. 16, alt. 11 mill.
γ. Minor, tenera, pallida:
Helix strigella var. Rossm. VII. p. 4. f. 438.
δ. Minor, subglobosa, angustius umbilicata: diam. maj. 13, min. 11, alt. 8½ mill. (Spec.)
ε. Minima: diam. maj. 11½, min. 10, alt. 6⅔ mill. (Coll. Forbes.)
ζ. Angustius umbilicata: diam. maj. 14, min. 12, alt. 9 mill. (Mus. Cuming.)
η. Diaphana:
Helix vitrinosa Zgl.? (Beck.)
ϑ. Juvenis:
Helix piligera Andrz. (teste Kryn.)

Habitat in Hassia, Saxonia, Silesia, Bavaria, Austria, Styria, Carinthia, Gallia, Helvetia, Hispania, Rossia, Caucaso; var. β in Transylvania, γ prope Dresdam (Rm.), δ prope Griffen in valle Lavantae Carinthiae (!), ε in insula Patmos (Forbes), ζ ad Candahar Indiae orientalis (Benson).

369. H. Orsinii Porro. †

T. duriuscula, aperte umbilicata, depressa, leviter striata, supra alba, fascia unica cornea aut coffaea ornata, subtus omnino cornea vel coffaea; anfr. 6; umbilicus infundibuliformis; apertura ovata, oblongiuscula; perist. reflexiusculum, leviter labiatum, marginibus approximatis. — Diam. 12—18, alt. 6 - 9 mill. (Villa.)

Helix Orsinii Porro in *Villa* disp. syst. p. 54.
— — *Phil.* Sicil. II. p. 219.

Habitat in Italia meridionali (Porro); in Sicilia ad ripam Symaethi detexit Aradas.

Obs. Varietas videtur praecedentis.

370. H. aristata Krynicki. †

T. orbiculato-convexa, depressiuscula, tenuis, pellucida, transversim profunde striata, aculeis brevibus hispida, aut granulis rarioribus scabra, sordide brunnescenti-cornea; anfr. 6? plano-rotundati; suturae profundae; umbilicus mediocris, profun-

dus; apertura rotundato-lunata; perist. subsimplex, intus tenue marginatum. — Diam. 8‴. (Kr.)

Helix aristata Kryn. in Bull. Mosc. IX. p. 179.

Habitat in Caucaso.

Obs. Species ex 1 specimine spira destituto descripta, quoad superficiem, formam externam et umbilicum ad H. strigellam accedens, testa aspera, granulis parce distributis et tota superficie, uti videtur, aristis brevibus, rigidis, rectis tecta, diversa. (Kr.)

371. **H. umbrosa Partsch.**

T. umbilicata, suborbiculato-depressa, obtuse carinata, tenuis, pellucida, cornea vel albido-lutescens, subtilissime granulata; anfr. 5 convexiusculi, ultimus vix deflexus; umbilicus infundibuliformis; apertura transverse ovalis; perist. intus tenuissime labiatum, simplex, expansum, marginibus approximatis. — Diam. maj. 13, min. 11, alt. 6½ mill. (Coll. Nr. 203.)

Helix umbrosa Partsch in Mus. Caes. Vindob.
— — *C. Pfr.* III. p. 27. t. 6. f. 7.
— — *Rossm.* I. p. 64. f. 13. VII. p. 1. f. 424. 25.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 86. t. 16. f. 9—12.
— *concinna a Jeffr.* (teste Beck.)
Helicella umbrosa Fitzing. syst. Verz. p. 95.
Bradybaena umbrosa Beck ind. p. 20.
Fruticicola umbrosa Held in Isis 1837. p. 914.

Habitat in Austria (circa Vindobonam et Salisburgiam!), Bavaria (Berchtesgaden!), Saxonia (Tharand: Rm.), Carinthia, Styria.

372. **H. flavida Ziegler.**

T. aperte umbilicata, depressa, suborbiculata, arctispira, flavida, eleganter striato-costulata; anfr. 6 convexi, lente accrescentes; apertura subverticalis, lunaris; perist. rectum, acutum, intus levissime callosum. — Diam. maj. 10, min. 9, alt. 5½ mill. (Coll. Nr. 204.)

Helix flavida Zgl. Mus. *Rossm.* X. p. 13. f. 610.
— — *Phil.* Sicil. II. p. 106.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 631. t. 98. f. 10—12.
— *flavescens Parr.* in sched.
— *striolata Phil.* Sicil. I. p. 129. Nec C. Pfr.

Habitat in Sicilia, in monte Pellegrino prope Panormum (Phil.).

373. **H. bifrons Lowe.**

T. umbilicata, orbiculato-convexiuscula, subcarinata, tenuis, nitida, concolor corneo-virescens, infra laeviuscula, obsolete striata, supra costulato-striata; spira vix elevata; sutura distincta, impressa; anfr. 7—8 lente accrescentes, ultimus basi convexus;

umbilicus minutus, cylindricus, profundus; apertura lunaris; perist. simplex, tenue, acutum, intus latissime albo-labiatum. — Diam. 6—7, axis 2½—3 lin. (Lowe.) — Diam. maj. 12, min. 10, alt. 5 mill. (Coll. Nr. 205.)

Helix bifrons Lowe Faun. Mader. p. 46. t. 5. f. 18.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 698. t. 111. f. 23—25.

Habitat in sylvis insulae Maderae.

374. H. lentiginosa Lowe. †

T. rotundato-depressa, infra subplanulata, umbilicata, subcarinata, tenuis, maculata et subfasciata; spira convexo-depressa; sutura distincta; anfr. 5 convexiusculi, striato-scobinati vel squamuloso-cancellati; umbilicus mediocris, subpatulus, spiralis; apertura transverse ovalis, sublunata; perist. interruptum, reflexum. — Axis 1½, diam. 2½—3 lin. (Lowe.)

Helix lentiginosa Lowe Faun. Mader. p. 49. t. 5. f. 25. (auct.)
Ochthephila lentiginosa Beck ind. p. 17.

Habitat in Maderae rupibus maritimis.

Obs. «H. arridenti affinis».

375. H. lanuginosa Boissy.

T. perforata, globoso-depressa, lutescenti-cornea, hispida, opaca, levissime subcarinata; apex glaber papillatus; anfr. 5½ planiusculi; apertura rotundato-lunaris; perist. subpatulum, acutum, intus levissime callosum, roseum, margine columellari reflexo. — Diam. maj. 14, min. 12, alt. 9 mill. (Coll. Nr. 206.)

Helix lanuginosa Boissy in Guér. mag. 1835. t. 69.
— — *Terv.* p. 22. t. 2. f. 16. 17.
— — *Rossm.* IX. p. 8. f. 571. 574.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 630. t. 98. f. 7—9.
— *roseotincta Forb.* in Ann. mag. nat. hist. II. p. 250.

Habitat in insula Majorca, Palma (Boissy), circa Bugia, Oran, Bona, Constantine (Wagner, Terver, Forbes).

376. H. sericea Draparnaud.

T. perforata, subglobosa, cornea, pilis minutis, densis hirta; anfr. 5 convexiusculi, celeriter accrescentes; apertura late lunaris; perist. vix patulum, acutum, intus sublabiatum, margine columellari reflexiusculo, perforationem semitegente. — Diam. maj. 7, min. 6, alt. 4 mill. (Coll. Nr. 207.)

Helix sericea Drap. p. 103. t. 7. f. 16. 17.
— — *Lam.* ed. Dh. 117. p. 82.
— — *Kryn.* Bull. Mosc. IX. p. 186.
— — *Rossm.* VII. p. 2. f. 428.

Helix sericea Gray Man. p. 153. t. 11. f. 134.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 636. t. 98. f. 25. 26.
— *pallescens* et *rubiginosa Zgl.*
— *piligera Zgl.* (Anton.)
Monacha sericea Fitz. syst. Verz. p. 95.
Fruticicola sericea Held in Isis 1837. p. 914.
β. Testa pallidissime cornea, apertura paulo depressiore: diam. maj. 7½, min. 6½, alt. 5 mill. (Spec.)
Helix granulata Alder Mag. Zool. and Bot. II. p. 107.
— — *Gray* Man. p. 151. t. 3. f. 29.
— *hispida Jeffr.* Linn. transact. XVI. p. 507.
— *sericea var. Chemn.* l. c. t. 99. f. 16—18.
γ. Major:
Helix sericea var. Rossm. VII. f. 429.
Habitat in Germania, Gallia, Helvetia, Anglia etc., Rossia, Caucaso; var. β in Britannia, Hibernia.

377. H. ciliata Venetz.

T. perforata, globoso-depressa, carinata, cornea, opaca, squamulis-membranaceis transversim dispositis aspera; carina membranaceo-ciliata; anfr. 4½—5 planiusculi; apertura lunato-ovalis; perist. reflexiusculum, fusculo-sublabiatum. — Diam. maj. 8½, min. 7½, alt. 5 mill. (Coll. Nr. 208.)
Helix ciliata Venetz in Stud. syst. Verz. p. 86.
— — *Mich.* compl. p. 23. t. 14. f. 27.
— — *Lam.* ed. Dh. 115. p. 81.
— — *Rossm.* VII. p. 3. f. 430.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 637. t. 98. f. 27—30.
— *hirsuta Jan* Mantissa p. 2.
— *biformis Zgl.* Mus. (Beck.)
Bradybaena biformis Beck ind. p. 20.
β. Major: diam. maj. 10½, min. 9⅓, alt. 6 mill. (Spec.)
Helix hispida Risso IV. p. 72.
Bradybaena ciliata Beck ind. p. 20.
Habitat in alpibus Helvetiae et Tyroliae, β prope Como.

378. H. actinophora Lowe. †

T. orbiculata, depressa, basi convexior, subturgida, tenuis, unicolor, fusco-rufescens, acute carinata; spira convexiusculo-depressa, subplanulata; sutura distincta; anfr. 5 planati, striis creberrimis, tenuissimis, transversim undulatim laminosis, quibusdam ad carinam suturamve in laminas breves, membranaceas, laciniulasque acutas, radiantes, productis notati; umbilicus spiralis, parvus; apertura transversa, rotundato-ovalis, sublunata;

perist. interruptum, acutum, patulum, reflexum. — Diam. 4, axis 2 lin. (Lowe.) — Diam. $9^1/_2$, alt. $5^1/_2$ mill. (ex ic.)

Helix actinophora Lowe Faun. Mader. p. 45. t. 5. f. 14.

— — *Lam.* ed. Dh. 203. p. 125.

Ochthephila actinophora Beck ind. p. 18.

Habitat in Maderae sylvis.

379. **H. jejuna Say.** †

T. anguste umbilicata, subglobosa, glabra, pallide rufa; spira convexa; sutura impressa; anfr. 5 substriati, convexi; apertura late lunaris; labrum non reflexum, intus subincrassatum. — Diam. $^1/_5$ poll. (Say.)

Helix jejuna Say in Philad. journ. II. p. 158.

Habitat in Florida orientali.

Obs. «Affinis H. sericeae, sed glabra».

380. **H. glabella Draparnaud.**

T. umbilicata, subdepressa, glabra, nitida, cornea; anfr. 5 — $5^1/_2$ planiusculi, sensim accrescentes, ultimus obsolete angulatus, linea pallida circumdatus, antice subdeflexus; umbilicus angustus, pervius; apertura rotundato-lunaris; perist. rectum, acutum, intus sublabiatum, margine columellari reflexiusculo. — Diam. maj. $9^1/_2$, min. 9, alt. 5 mill. (Coll. Nr. 209. Spec. gall.)

Helix glabella Drap. p. 102. t. 7. f. 6.

— — *Lam.* ed. Dh. 116. p. 82.

— — *C. Pfr.* I. p. 34. t. 2. f. 16?

— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 633. t. 98. f. 16—18.

— *sericea var. Rossm.* VII. p. 2.

Helicella plebejum Fitz. syst. Verz. p. 96?

Bradybaena glabella Beck ind. p. 20.

Fruticicola glabella Held in Isis 1837. p. 914.

Habitat in Gallia, rarissima in Germania.

Obs. Differt ab H. sericea testa cornea, epilata, spira depressa, etc. Umbilicus multo major, quam in sericea, minor, quam in hispida.

381. **H. pallidula Pfr.**

T. umbilicata, depressa, tenuis, pellucida, confertim striata, pallide cornea; anfr. $5^1/_2$ convexiusculi, ultimus latior, depressus; apertura obliqua, late lunaris; perist. rectum, intus sublabiatum, margine columellari brevi, ad umbilicum angustum, in fundo coarctatum, dilatato-reflexo. — Diam. maj. 10, min. $8^2/_3$, alt. 5 mill. (Coll. N. 210.)

Helix pallidula Pfr. in Zeitschr. f. Mal. 1846. p. 128.

Helix pallidula Chemn. ed. II. Helix N. 632. t. 98. f. 13—15.
Habitare dicitur in Chile.

Obs. Persimilis H. glabellae, umbilico latiore et apertura lata lunari praecipue diversa.

382. **H. depilata C. Pfr.**

T. umbilicata, subgloboso-depressa, striata, nitida, cornea; anfr. 6 angusti, convexi, ultimus obsolete angulatus, linea pallida circumdatus; umbilicus majusculus, pervius; apertura depressa, lunaris; perist. rectum, acutum, intus albo-labiatum, margine basali stricto, cum columellari brevissimo angulum formante. — Diam. maj. 8, min. 7, alt. 4 mill. (Coll. Nr. 211.)

Helix depilata C. Pfr. I. p. 35. t. 2. f. 18.
— — *Kryn.* Bull. Mosc. IX. p. 187?
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 635. t. 98. f. 22—24.
— *sericea var.? Rossm.* VII. p. 3.
Bradybaena depilata Beck ind. p. 20?

Habitat in Germania passim, e. g. Cassellis, Heidelbergae! In Rossia (Kryn.)?

Obs. Affinis H. hispidae, a qua differt testa nitida, omnino epilata, apertura magis depressa et umbilico latiore. — Variat magnitudine.

383. **H. hispida Linn.**

T. aperte umbilicata, suborbiculato-depressa, cornea, pilis brevibus hispida, nitidula; spira convexa; anfr. 5—6 convexiusculi, angusti; apertura late lunaris; perist. patulum, intus albolabiatum, labio in margine basali strictiusculo, acute prominente. — Diam. maj. 10, min. 9, alt. $5\frac{1}{2}$ mill. (Coll. Nr. 212. Spec. cassellan.)

Helix hispida Linn. syst. 675. p. 1244. ed. Gmel. 42.
— — *Müll.* verm. II. p. 73. N. 268.
— — *Drap.* p. 103. t. 7. f. 20.
— — *Lam.* 100. p. 92. ed. Dh. p. 73.
— — *Kryn.* Bull. Mosc. IX. p. 180.
— — *Rossm.* VII. p. 2. f. 426.
— — *Gray* Man. p. 154. t. 4. f. 41.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 634. t. 98. f. 19—21.
— *sericea C. Pfr.* I. p. 34. t. 2. f. 17.
— *concinna Jeffr.* Linn. transact. XIII. p. 337.
— — *Gray* Man. p. 154. t. 12. f. 135.
Helicella hispida Fitz. syst. Verz. p. 96.
Bradybaena hispida Beck ind. p. 20.
Fruticicola hispida Held in Isis 1837. p. 914.

β. Minor, depressior: diam. maj. $6\frac{1}{2}$, min. $5\frac{2}{3}$, alt. $3\frac{1}{2}$ mill. (Spec.)
Helix hispida C. Pfr. I. p. 36. t. 2. f. 20.

Helix hispida β et *γ Drap.* t. 7. f. 21. 22.
— — *min. Rossm.* VII. f. 427.
γ? Minor, subconica:
Helix hispidula Jan Mantissa p. 2. *)
— *villosula Zgl.* Mus.?
Habitat frequens in Germania, Gallia, Suecia, Volhynia, Tauria etc.

384. **H. Lowei Potiez et Michaud.** †

T. orbicularis, depressa, striata, umbilicata, solida, corneofusca, albido-maculata, maculis longitudinaliter irregulariterque sparsis, brunneo-fasciata; anfr. 5 convexi; sutura profunda; apertura subrotunda, acuta; infima facies convexa, striata. — Diam. 7—8, alt. 4 mill. (P. et M.)

Helix Lowei Pot. et *Mich.* gal. de Douai I. p. 91.
Habitat in insula Madera.

Obs. «Similis H. conspurcatae». (Conf. Nr. 439.)

385. **H. Tennessensis Lea.** †

T. supra plano-convexa, subtus convexa, lutea, oblique striata, umbilicata; spira brevis; sutura subimpressa; anfr. 5 subconvexi; apertura lunata; labrum intus incrassatum. (Lea.) — Mensura?

Helix Tennessensis Lea in Proc. Am. ph. Soc. 1841. II. p. 31.
Habitat in montibus Cumberlandianis: Tennessee.

§. 27.

386. **H. leucozona Ziegler.**

T. perforata vel umbilicata, turbinato-subglobosa, dilute rufescens, pellucide cingulata, subtiliter striata; anfr. 5—6 convexiusculi, ultimus non descendens; apertura lunaris, subdepressa; perist. vix patulum, exacte albo-labiatum, margine basali stricto. — Diam. maj. 12, min. 10½, alt. 7 mill. (Coll. Nr. 213. Spec. max.)

Helix leucozona Zgl. Mus. *C. Pfr.* III. p. 34. t. 6. f. 19. 20.
— — *Rossm.* VII. p. 3. f. 434—36.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 642. t. 99. f. 10—12. 22—24.
— *dolopida Jan* Mantissa p. 1.
Petasia dolopidia Beck ind. p. 21.
Trochiscus dolopidus Held in Isis 1837. p. 915.

---

*) T. subconica, umbilicata, diaphana, brunnea, hirta (2½''' alt, 2'' lata); apertura lunari; perist. simplici. (Jan l. c.) — Ital. bor.

β. Umbilico paulo apertiore:
Helix crassilabris Mlf. (test. spec. coll. Anton.)
Habitat in Carinthia, Carniolia, provincia Austriae littorali et Italia boreali.

Obs. Pervariabilis quoad magnitudinem, spiram magis minusve elevatam et umbilici latitudinem.

387. **H. liminifera Held.** †

T. subdepressa, arcte umbilicata, cornea, badia, hispida, subcarinata: carina albida; apertura semilunaris, perdepressa; perist. subreflexum, intus toro eminente instructum. — Alt. 1½, lat. 2¾ lin. (H.)
Helix liminifera Held in Isis 1836. p. 273.
Trochiscus liminiferus Held in Isis 1837. p. 915.
Habitat in alpibus Bavariae.

Obs. An varietas praecedentis?

388. **H. bounoboena Orbigny.** †

T. orbiculato-convexa, umbilicata, diaphana, tenuis, laevigata, lucida, albida; spira convexa; anfr. 6; apertura subdepressa, obliqua; labrum crassum. — Long. 4¾, lat. 8 mill. (O.)
Helix bounoboena (Helicella) *Orb.* synops. p. 7.
— — *Orb.* voy. p. 253. t. 28. f. 17—20.
Artemon bunobaenus Beck ind. p. 48.
Habitat in provincia Chiquitensi Boliviae.

389. **H. hylephila Orbigny.** †

T. orbiculato-convexa, umbilicata, diaphana, albida, striata, subtus laevigata, lucida; spira subconica; anfr. 6; apex obtusus; apertura subrotunda, obliqua; labrum crassum. — Long. 5, lat. 8 mill. (O.)
Helix hylephila (Helicella) *Orb.* syn. p. 7.
— — *Orb.* voy. p. 253. t. 28. f. 13—16.
Artemon hylephilus Beck ind. p. 48.
β. Minor: long. 3½, lat. 6 mill.
Helix ochthephila Orb. synops. p. 7.
Habitat in prov. Chiquitensi Boliviae, β in prov. Missionum, ripis Paranae.

Obs. Locum huic speciei et antecedenti, mihi solum ex iconibus cognitis, assignatum, aptissimum non esse ex Cl. Beck distributione suspicor.

390. **H. Cobresiana Alten.**

T. perforata, conoideo-globosa, cornea, multispira, pubescens; anfr. 6, ultimus albido-cingulatus; apertura depressa,

lunaris; perist. patulum, intus labiatum, margine basali unidentato: — Diam. maj. 10, min. 9, alt. 5½ mill. (Coll. Nr. 214.)

Helix Cobresiana v. Alten p. 79. t. 9. f. 18.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 641. t. 99. f. 7—9.
— *unidentata Drap.* p. 81. t. 7. f. 15. Nec Chemn.
— — *C. Pfr.* I. p. 22. t. 2. f. 1.
— — *Rossm.* I. p. 66. f. 15. VII. p. 3. f. 432. 33.
— *monodon* (Helicodonta) *Fér.* pr. 122.
— — *Lam.* ed. Dh. 185. p. 116.
— *pyramidea β Hartm.* Syst. p. 239.
Conulus unidentatus Fitz. syst. Verz. p. 94.
Petasia Cobresiana Beck ind. p. 21.
Trochiscus unidentatus Held in Isis 1837. p. 915.

β. Spira elatiore, dente basali obsoleto:
Helix edentula Drap. p. 80. t. 7. f. 14.
— *Cobresiana var. Chemn.* l. c. t. 99. f. 13—15.

γ. Minor, latius umbilicata:
Helix unidens Zgl. Mus.
Petasia unidens Beck ind. p. 21.

δ? Depressa, forma aperturae ad H. leucozonam accedens, anfractibus angustissimis Cobresianae: diam. maj. 7, min. 6, alt. 4 mill. (Spec.)
Helix Cobresiana var.? Chemn. ed. II. Helix t. 99. f. 19—21.

Habitat in Germania, Gallia, Italia passim, γ in summis alpibus, δ in valle «Mürzthal» Styriae.

391. H. bidens (Trochus) Chemnitz.

T. obtecte perforata, turbinato-globosa, cornea, pellucide cingulata, superne eleganter costulato-striata, multispira; anfr. 6—7 vix convexiusculi; apertura depressa, trisinuato-lunaris; perist. subreflexum, albo- vel rufo-labiatum, basi intus bidentatum, extus scrobiculatum. — Diam. maj. 9, min. 8½, alt. 6 mill. (Coll. Nr. 215.)

Trochus bidens Chemn. IX. P. 2. p. 50. t. 122. f. 1052 *a*,
Helix bidentata Gmel. 231. p. 3642.
— — (Helicodonta) *Fér.* pr. 121.
— — *v. Alt.* p. 77. t. 9. f. 17.
— — *C. Pfr.* III. p. 17. t. 4. f. 13. 14.
— — *Mich.* compl. p. 12. t. 14. f. 26.
— — *Kryn.* Bull. Mosc. IX. p. 165.
— — *Rossm.* I. p. 65. f. 14.
— — *Lam.* ed. Dh. 186. p. 117.
— *bidens Chemn.* ed. II. Helix N. 640. t. 99. f. 4—6
— *pyramidea α Hartm.* Syst. p. 239.
Conulus unidentatus var. bidentatus Fitz. syst. Verz. p. 94

Petasia fulva Beck ind. p. 21.
Trochiscus bidentatus Held in Isis 1837. p. 915.
β. Major: diam. maj. 12, min. 11, alt. 9 mill.
Helix bidentata major Rossm. VII. p. 3. f. 431.
— *bidens Zgl.* Mus.
— *diodon Parr.* in sched.
Petasia bidens Beck ind. p. 21.
Habitat rarior in Germania, Gallia, Suecia, Volhynia.

Obs. Hanc speciem Cl. Beck veram H. fulvam Müll. (verm. II. N. 249) esse asserit, licet Müllerus etiam in specimine adulto dentes non observaverit.

392. **H. infrendens Gould.**

T orbiculata, depresso-conoidea, corneo-virescens, subcarinata, supra rugoso-striata, subtus glabra, nitida, regione umbilicali excavata; anfr. 7 convexiusculi; sutura impressa; apertura coarctata; labrum vix reflexum, callosum, margine basali sinuato, dentibus 2 complanatis majoribus, nonnullisque minoribus munito. — Diam. maj. 11, min. 10, alt. 5⅔ mill. (Mus. Cuming.)
Helix infrendens Gould in Bost. journ. IV. p. 453. t. 24. f. 6.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 639. t. 99. f. 1—3.
Habitat in provincia Tavoy imperii Birmani.

Obs. Conf. H. triaria Nr. 1070 et labyrinthica Nr. 1083.

§. 28.

393. **H. areolata Sowerby.**

T. perforata, orbiculato-conoidea, striata, nitidula, alba, lineis fuscis, interruptis varie ornata; spira depresso-conoidea; anfr. 5 convexiusculi, ultimus vix descendens, basi parum convexus; apertura rotundato-lunaris, intus fuscescens; perist. acutum, intus sublabiatum, margine columellari breviter arcuato, unidentato, dilatato, reflexo, perforationem fere tegente. — Diam. maj. 26, min. 23, alt. 18 mill. (Coll. Nr. 216.)
Helix areolata Sow. in Mus. Britt.
— — *Pfr.* in Zeitschr. f. Mal. 1845. p. 154.
— — *Phil.* Icon. II. 15. p. 184. t. 9. f. 4.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 226. t. 36. f. 10—12.
β Dente aperturae obsoleto.
γ. Minor, globosa, dente aperturae valido:
Helix areolata var. Chemn. l. c. t. 36. f. 13.
Habitat in California ad Columbia River (Hinds).

394. **H. pisana Müller.**

T. angustissime perforata, subglobosa, albido-lutescens, spiraliter subtilissime lineata, diversissime castaneo-fasciata et

taeniata; anfr. 5 convexi; apertura dilatato-lunaris; perist. rectum, roseo-labiatum, margine columellari reflexo. — Diam. maj. 20, min. 18, alt. 14 mill. (Coll. Nr. 217.)

Helix pisana Müll. verm. II. p. 60. N. 255.
— — *Lam.* 61. p. 82. ed. Dh. p. 57.
— — *Rossm.* VI. p. 34. f. 359.
— — *Gray* Man. p. 158. t. 4. f. 30.
— — *Morelet* moll. du Port. p. 70.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 128. t. 22. f. 1—6.
— *cingenda Mont.* p. 418. t. 24. f. 14.
— *strigata Dillw.* cat. II. p. 911.
— *zonaria Penn.* britt. zool. IV. 137. t. 85. f. 133.
— *rhodostoma Drap.* p. 56. t. 5. f 13—15.
— *petholata Olivi* Adriat. p. 178.
— *damascena Parr.* (Anton.)
Theba pisana Risso IV. p. 73.
— — *Beck* ind. p. 14.
Xerophila pisana Held in Isis 1837. p. 913.
Euparypha rhodostoma Hartm. Gast. I. p. 204. t. 79. 80.
Descript. de l'Egypte, Zool. II. t. 2. f. 14—16.

β. Major, testa sphaeroidea.
Helix pisana var. Rossm. X. p. 15. f. 614.

γ. Minor, subdepressa, umbilico subclauso:
Helix alboranensis Webb et *Berth.* (teste Beck.)
— *pisana var. Chemn.* ed. II. Helix t. 37. f. 1—12.

δ. Minor, sphaeroidea, umbilico obliterato:
Helix sardoa Zgl.

ε. Alba, periomphalo roseo vel fusco:
Helix albina Zgl.

ζ. Junior, carinata:
Helix albina Müll. verm. II. p. 25. N. 226?. (Conf. Nr. 1093.)
— *leucas Linn.?* (Conf. Nr. 1115.)
Carocolla Cinae Menke synops.?

Habitat in littoribus maris Mediterranei, Adriatici, etc., nec non in Anglia; var. β in Lusitania, γ in maritimis ins. canar. et Maderae, δ in Sardinia, ε in Dalmatia et Algeria prope Oran.

395. H. Dehnei Rossmässler.

T. imperforata, subglobosa, solidula, subtilissime reticulata, alba, superne fascia 1 latiuscula, subtus angustioribus pluribus luteo-fuscis ornata; spira brevis, plane fornicata; anfr. 5 planiusculi, ultimus ad peripheriam obtuse angulatus, antice parum descendens, basi inflatus; apertura subverticalis, depressa, lunaris, intus cum fauce rosea; perist. rectum, intus rubello-labiatum, margine supero brevi, basali subhorizontali, columellari dilatato,

reflexo-appresso. — Diam. maj. 18, min. 15½, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 218.)

Helix Dehnei Rossm. in Zeitschr. f. Mal. 1846. p. 173.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 229. t. 36. f. 22—24.

Habitat in Africa? Invenit Dr. Dehne inter Gummi arabicum.

396. **H. subdentata Férussac.**

T. obtecte perforata, globosa, solida, striatula, sub lente minutissime decussata, alba vel fusco-lineolata; anfr. 5, summi planiusculi, ultimus rotundatus, basi convexus; columella brevissima, rectiuscula; apertura late lunaris, intus cum fauce unidentata rosea; perist. rectum, intus remote et crasse labiatum, fusculum, marginibus callo fusco junctis. — Diam. maj. 19, min. 16, alt. 14 mill. (Mus. Cuming.)

Helix subdentata (Helicella) *Fér.* pr. 294. Hist. t. 27. f. 1. 2.
— — *Wood* suppl. t. 7. f. 5.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 54. t. 10. f. 13. 14
— *subcarinata Menke* synops: p. 75. ed. 2. p. 126.
— — *Voigt* in Cuvier Thierr. III. p. 56.
Theba subdentata Beck ind. p. 15.

β. Juvenis:
Carocolla Cinae Klett, Mke synops. p. 24?
Chemn. IX. f. 1105?

Habitat in Persia? (Fér.)

397. **H. Seetzeni Koch.**

T. angustissime perforata, depresso-globosa, solidula, cretacea, striata; spira parum elata, vertice subtili; anfr. 5½ convexiusculi, ultimus ventrosus, antice parum descendens; apertura lunari-subcircularis, intus alba; perist. rectum, acutum, intus labiatum, marginibus convergentibus, columellari subdilatato, valde arcuato. — Diam. maj. 19½, min. 17, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 219.)

Helix Seetzeni Koch in Zeitschr. f. Mal. 1847. p. 14.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 231. t. 37. f. 13. 14.

Habitat in ora occidentali Maris mortui inter Dschidda et Jericho, ubi legit def. Seetzen.

398. **H. levis Pfr.**

T. perforata, globosa, tenuis, levis, oblique striata, obsolete granulata, albida, punctis seriatis vel fasciis pellucide corneis varie ornata; spira brevis, acutiuscula; anfr. 5 vix convexiusculi, ultimus inflatus; apertura rotundato-lunaris, intus concolor vel fulvida; perist. acutum, intus sublabiatum, margine columellari

superne dilatato, fornicatim reflexo, perforationem fere tegente. — Diam. maj. 16, min. 14, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 220.)

Helix lèvis Pfr. in Zeitschr. f. Mal. 1845. p. 152.

— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 228. t. 36. f. 16. 17.

β. Margine columellari dente unico, obtuso, calloso instructo.

Habitat in California ad Columbia River.

399. **H. decorata Pfr.**

T. perforata, depresso-globosa, tenuis, striatula, albida, taeniis variis interruptis castaneis, interdum confluentibus decorata; spira brevis, obtusa; anfr. 4½ convexi, ultimus descendens; apertura rotundato-lunaris, intus livido-fusca; perist. acutum, intus vix labiatum, margine columellari membranaceo, dilatato, fornicatim reflexo. — Diam. maj. 18, min. 16, alt. 12 mill. (Coll. Nr. 221.)

Helix decorata Pfr. Symb. III. p. 69.

— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 227. t. 36. f. 14. 15.

Habitat...?

400. **H. globuloidea Terver.** †

T. umbilicata, subglobosa, alba, aliquando fasciata, vel grisea, minutissime striata; anfr. 6, ultimus planulatus; apertura rotundata; perist. marginatum, acutum; spira obtusa, vertice nudo, fusco. — Diam. 10, alt. 5 lin. (T.) — Diam. maj. 22, min. 19, alt. 15 mill. (ex ic.)

Helix globuloidea Terv. cat. p. 26. t. 3. f. 5—7.

Habitat in Algeria.

401. **H. turbinata Jan.**

T. perforata, conico-globosa, solidiuscula, minute striata, alba, fasciis et flammulis fuscis variegata; anfr. 5½ convexiusculi, ultimus inflatus; apertura lunato-rotundata; perist. simplex, intus labiatum, margine columellari subreflexo, perforationem angustissimam semitegente. — Diam. maj. 11½, min. 10, alt. 9½ mill. (Coll. Nr. 222.)

Helix turbinata Jan Mantissa p. 2.

— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 235. t. 37. f. 17. 18.

Habitat in Sicilia (Jan)? In insula Syra (Spratt, Forbes)!

402. **H. pellucens Shuttleworth.**

T. perforata, conoideo-globosa, tenuis, oblique confertissime striata, diaphana, pallide fulvescens, lineis et fasciis saturatioribus, saepe interruptis ornata; spira conoidea, acutiuscula; anfr. 6 convexiusculi, ultimus antice non descendens, basi ventrosus; aper-

tura lunato-circularis; perist. acutum, intus sublabiatum, margine columellari membranaceo, breviter reflexo. — Diam. maj. 12⅔, min. 11, alt. 9 mill. (Mus. Cuming.)

Helix pellucens Shuttl. in sched. Cum.

Habitat in insula Corsica.

403. H. Roseti Michaud.

T. perforata, semigloboso-conica, distincte costulato-striata, sordide albida, fascia 1 interrupta rufa et maculis fuscis seriatis ornata; spira elevata, conica; anfr. 6 convexiusculi, ultimus obsolete subangulatus, antice non descendens; apertura rotundato-lunaris; perist. acutum, rectum, intus sublabiatum, margine columellari subdilatato, perforationem non occultante. — Diam. maj. 8½, min. 8, alt. 6½ mill. (Coll. Nr. 223.)

Helix Roseti Mich. cat. d. coq. d'Alg. p. 6. t. 1. f. 17. 18.
— — *Lam.* ed. Dh. 141. p. 94.
— — *Webb* et *Berth.* syn. p. 317.
— — *Orb.* canar. p. 62. t. 1. f. 32—34.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 236. t. 37. f. 19. 20.
Theba Rosetii Beck ind. p. 11.
β. Hel. phalerata Webb et Berth. syn. p. 325. (Orb.)

Habitat in Algeria, Morea et in insula Canaria.

404. H. melanogramma Jan. †

T. globosa, subperforata, alba, 10—12 lineis nigris circumdata; apertura lunato-ovata; perist. submarginatum. — Lat. 6, alt. 3½ lin. Apert. diam. long. 3¼, transv. 3 lin. (Jan.)

Helix melanogramma Jan Mantissa p. 2.

Habitat in Sicilia meridionali.

405. H. lemniscata Webb et Berthelot.

T. obtecte perforata, turbinata, oblique distincte striata, fuscidula vel alba, rufo- vel nigricanti-fasciata: fasciis pluribus, saepe interruptis; spira elata, conica, apice acutiuscula; anfr. 6 planiusculi, ultimus non descendens, basi subplanulatus; apertura rotundato-lunaris; perist. rectum, intus fusco-sublabiatum, margine columellari brevi, subverticali, reflexiusculo, perforationem omnino tegente. — Diam. maj. 9, min. 8½, alt. 7 mill. (Coll. Nr. 224.)

Helix lemniscata Webb et *Berth.* synops. p. 317.
— — *Orb.* canar. p. 61. t. 1. f. 23.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 237. t. 38. f. 24—26.

Habitat in rupibus insulae Canariae, prope urbem Palmarum.

406. **H. Michaudi Deshayes.**

T. obtecte subperforata, globuloso-conoidea, ruguloso-striata, nitida, fusco-albida, fasciis 3 castaneis ornata; spira elevata, obtusa; anfr. 7 planiusculi, ultimus basi vix convexior, antice non descendens; apertura depressa, lata, lunaris; perist. acutum, intus labiatum, marginibus remotis, columellari brevi, subverticali, reflexo, perforationem angustissimam tegente. — Diam. maj. 6, min. 5¾, alt. 4¾ mill. (Coll. Nr. 225.) — Diam. usque 5—6 lin. (Dh.)

Helix Michaudi Desh. in Encycl. méth. II. p. 263. N. 144.
— — *Lam.* ed. Dh. 149. p. 98.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 238. t. 38. f. 27—29.
— *bicolor Lowe* Faun. Mader. p. 58. t. 6. f. 22. (auct.)
Theba Michaudi Beck ind. p. 11.
Obelus Michaudi Hartm. Gast. I. p. 167. t. 57. f. 1—3??

Habitat in summo cacumine montis Pico de Facho insulae Portosancto (Lowe), Teneriffa (Desh.).

§. 29.

407. **H. subrostrata Férussac.**

T. umbilicata, conoideo-globosa, solida, confertim argute striata, alba, apice nitida, cornea; anfr. 6—6½ convexiusculi, lente accrescentes, ultimus antice non deflexus, reliquis paulo major; umbilicus mediocris, pervius; apertura lunato-rotundata; perist. acutum, intus labiatum, marginibus conniventibus, columellari subdilatato. — Diam. maj. 18, min. 16, alt. 14 mill. (Coll. Nr. 226.)

Helix subrostrata (Helicella) *Fér.* pr. 287.
— — *Terv.* cat. p. 25. t. 3. f. 8.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 232. t. 37. f. 15. 16.

β. Minor, interrupte fasciata: Terv. t. 3. f. 9.

Habitat in Hispania, Almeria (Fér.), Algeria, Mostaganem (Terv.).

408. **H. virgata Montagu.**

T. anguste umbilicata, depresso-turbinata, laevigata, albida vel sordide lutescens, fasciis fuscis, saepe interruptis, multimode ornata; spira subelevata, apice cornea; anfr. 5—6 convexiusculi, ultimus antice vix descendens; apertura lunato-rotundata; perist. rectum, acutum, intus fusco-labiatum, marginibus conniventibus, columellari dilatato, patente. — Diam. maj. 19, min. 17, alt. 12 mill. (Coll. Nr. 227. Spec. Tergest.)

Helix virgata Mont. p. 415. t. 24. f. 1.
— — *Turt.* Man. p. 40. f. 31.
— *Fleming* Brit. anim. p. 261.

Helix virgata Gray Man. p. 160. t. 4. f. 51.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 129. t. 22. f. 15. 16. 19. 20.
— *variabilis Drap.* p. 84. t. 5. f. 11. 12.
— — *Lam.* 65. p. 83. éd. Dh. p. 58.
— — *C, Pfr.* III. p. 28. t. 6. f. 13.
— — *Rossm.* VI. p. 31. f. 356.
— — *Dupuy* Moll. du Gers p. 16. N. 4.
— — *Morelet* moll. du Port. p. 72.
— *ericetorum Chemn.* IX. f. 1194. 95?
— *pisana Dillw.* cat. II. p. 911.
— *striata Brard* p. 36. t. 2. f. 5. 6.
— *zonaria Donov.* II. t. 65.
— — *a Penn.* Britt. Zool. IV. p. 137. t. 85. f. 133 a.
— *subalbida Poiret* prodr. p. 83.
Theba virgata Beck ind. p. 14.
Xerophila variabilis Held in Isis 1837. p. 913.

β. Unicolor, alba, spira paulo elatiore: diam. maj. 17, min. 14½, alt. 11—12 mill. (Spec. prope Monfalcone a me lecta.)
Helix variabilis var. C. Pfr. III. t. 6. f. 10.
— — — *Rossm.* VI. f. 356 c.
— — *Philippi* Sicil. I. p. 132.

γ. Parvula, alba, obsolete carinata:
Helix obsoleta Zgl.

δ. Parvula, alba, fasciis nonnullis fuscis: diam. maj. 10, min. 9, alt. 6 mill.
Helix agreabilis Zgl.

ε. Fasciis interruptis, moniliformibus, fuscis:
Helix monilifera Mke syn. ed. 2. p. 22.
— *meridionalis Parr.*
— *maculosa Zgl.*

ζ. Eadem fasciis nigris:
Helix moesta Parr. in sched.

η. Testa distinctius striata, anfractu ultimo obsolete carinato, apertura saepe bilabiata:
Helix Terverii Mich. compl. p. 26. t. 14. f. 20. 21.
— — *Rossm.* VI. f. 354 d. IX. p. 7. f. 565. 66.
— *cisalpina Jan?*
Theba Terverii Beck ind. p. 12.
Xerophila Terverii Held in Isis 1837. p. 913.

ϑ. Monstrosa, anfractibus distortis:
Helix elegans Brown in Wern. transact. VI. p. 528. t. 24. f. 9.
— *disjuncta Turt.* Conch. dict. 61. f. 63.

Habitat in littoribus europaeis: Britanniae, Galliae, Illyriae, Italiae, Dalmatiae, Siciliae, Hispaniae etc., nec non in Africa.

Obs. Huc referendae varietates in collectionibus dispersae sub nominibus: H. aegyptiacae Parr., egregiae, festivae, decorae, multifariae, nebulosae, pustulosae Zgl., istriensis Mlf., sionestae Hartm., Menkeanae Stentz, etc.

409. H. cretica Férussac.

T. umbilicata, depresso-globosa, oblique striatula, sordide alba, fasciis fuscis interruptis varie picta; anfr. 6 convexiusculi, sensim accrescentes; umbilicus mediocris, pervius; apertura lunato-rotundata; perist. acutum, rectum, intus tenuissime labiatum. — Diam. maj. 16, min. 14½, alt. 10½ mill. (Coll. Nr. 228.)

Helix cretica (Helicella) *Fér.* pr. 288 et Mus.!
— — *Pfr.* Symb. I. p. 40.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 233. t. 37. f. 21. 22.

Habitat in insulis Candia, Rhodo, Naxo. (Fér.)

Obs. Differt ab H. virgata praesertim anfractibus lente crescentibus, peristomate simpliciusculo et umbilico latiore.

410. H. simulata Férussac.

T. perforata, globoso-turbinata, regulariter costulato-striata, albida vel grisea, fusco vel spadiceo interrupte fasciata; spira conoidea, apice obtusa; anfr. 5 convexiusculi; apertura lunato-subcircularis; perist. acutum, intus labiatum, marginibus conniventibus, columellari vix reflexiusculo. — Diam. maj. 13, min. 12, alt. 10 mill. (Coll. Nr. 229.)

Helix simulata (Helicella) *Fér.* pr. 289 et Mus.!
— — *Ehrenb.* Symb. phys.*)
— — *Webb et Berth.* synops. p. 315.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 234. t. 37. f. 23. 24.
Descr. de l'Egypte t. 2. f. 13.

Habitat in Syria, Egypto (Ehrenb.), ad littora Fuerteventurae et Lancerottae (Webb et Berth.).

411. H. submaritima Desmoulins.

T. umbilicata, depressa, suborbiculata, lutescenti-albida, subtus subtiliter fusculo-variegata et fasciolata, subcarinata; spira convexa; anfr. 5½ convexiusculi, ultimus vix descendens; apertura rotundato-lunata; perist. rectum, acutum, intus leviter labiatum. — Diam. maj. 14, min. 11½, alt. 7½ mill. (Coll. Nr. 230.)

Helix submaritima Desm. Rossm. IX. p. 8. f. 575.

Habitat in Africa boreali, Oran (Terv.).

412. H. maritima Draparnaud.

T. perforata, parva, conoideo-globosa, subcarinata, alba, fasciis et maculis striatis fuscis multimode varians; anfr. 5 planiusculi; apertura rotundato-lunata; perist. rectum, acutum,

---

*) T. subglobosa, umbilicata, subconiformi, fasciolata, striata; apertura subrotunda; perist. marginato, albo; anfract. 5 — 5½ rotundatis. — Diam. 6. alt. 5 lin. (Ehrenb. l. c.)

fusculum, intus albo-labiatum. — Diam. maj. 9, min. 8, alt. 6¾ mill. (Coll. Nr. 231.) — Diam. maj. 11, min. 9½, alt. 8 mill. (ex ic. Drap.)

Helix maritima Drap. p. 85. t. 5. f. 9. 10.
— — (Helicella) *Fér.* pr. 299.
— — *Lam.* 88. p. 89. ed. Dh. p. 68.
— — *Rossm.* X. p. 14. f. 612.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 135. t. 23. f. 1. 2.
Theba maritima Beck ind. p. 12.

Habitat in littore meridionali Galliae et in Teneriffa. (Webb et Berth. syn. p. 316.)

Obs. Inter varietates H. virgatae forsan enumeranda foret.

413. H. monilifera Webb et Berthelot. †

T. globosa, depressiuscula, subconica, obsolete striata, albocinerascens, fasciis angustis, interruptis, nigro-fuscis; anfr. 6; apertura suborbicularis; vertex acutiusculus. — Axis 2—3, diam. 3—3½ lin. (W. et B.)

Helix monilifera Webb et *Berth.* syn. p. 315.
— — *Orb.* canar. p. 61. t. 1. f. 21. 22.

Habitat in ora maritima insularum Canariae, Fuerteventurae et Lancerottae, locis apricis calidis.

414. H. contermina Shuttleworth.

T. perforata, conico-globosa, tenuiuscula, confertim plicatula, sordide alba, corneo-marmorata; spira conica, apice obtusa; anfr. 6 perconvexi, regulariter accrescentes, ultimus basi convexiusculus; apertura lunaris; perist. acutum, intus sublabiatum, margine columellari superne subdilatato, patente, perforationem non tegente. — Diam. maj. 6, min. 5⅔, alt. 5⅔ mill. (Mus. Cuming.)

Helix contermina Shuttl. in sched. Cuming.

Habitat in insula Corsica.

415. H. pyramidata Draparnaud.

T. umbilicata, orbiculato-pyramidata, striatula, albida, unicolor vel varie fusco-fasciata et variegata; spira conica, obtusa; anfr. 6 convexi, ultimus basi planiusculus, antice non descendens; apertura depressa, late lunaris; perist. rectum, intus labiatum. — Diam. maj. 11, min. 10, alt. 7½ mill. (Coll. Nr. 232.)

Helix pyramidata Drap. p. 80. t. 5. f. 6.
— — (Helicella) *Fér.* pr. 298.
— — *Lam.* ed. Dh. 108. p. 77.

Helix pyramidata Rossm. VI. p. 25. f. 349.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 133. t. 22. f. 7—10. t. 23. f. 14—17.
Theba pyramidata Risso IV. p. 74.
— — *Beck* ind. p. 11.
Xerophila pyramidata Held in Isis 1837. p. 913.
β. Testa subcarinata, costulata:
Helix pyramidata var. Phil. Sicil. II. p. 110.
— — — *Rossm.* XI. p. 3. f. 690.

Habitat in littoribus maris Mediterranei: Galliae, Italiae, Siciliae, Graeciae, var. β prope Tarentum (Phil.)

Obs. Huc referendae: H. agnata, arenaria, littoralis, sabulosa et spectabilis Zgl., Requienii Jeniss.

§. 30.

416. **H. cespitum Draparnaud.**

T. umbilicata, globoso-depressa, striata, alba, plerumque fusco-multifasciata; spira parum elevata, obtusa; anfr. 6 convexiusculi, ultimus magnus, teres, antice vix descendens; umbilicus mediocris, pervius; apertura lunato-rotundata; perist. rectum, acutum, albo-labiatum, marginibus conniventibus, columellari subdilatato, patente. — Diam. maj. 20, min. 17, alt. 10—11 mill. (Coll. Nr. 233. Spec. gall.)

Helix cespitum Drap. p. 109. t. 6. f. 14—15.
— — (Helicella) *Fér.* pr. 283.
— — *Lam.* 68. p. 84. ed. Dh. p. 60.
— — *C. Pfr.* III. p. 29. t. 6. f. 11. 12.
— — *Rossm.* I. p. 66. f. 16. VIII. p. 33. f. 513—15.
— — *Chemn.* ed. II. N. 130. t. 22. f. 17. 18.
— *itala Linn.* XII. 683. *Gmel.* 81. p. 3636?
— *fasciolata Poir.* prodr. p. 79?
— .... *Fér.* hist. t. 85. f. 5—8:
Theba caespitum Beck ind. p. 14.
Xerophila cespitum Held in Isis 1837. p. 913.
Helicella Eurythmia Hartm. Gast. I. p. 143: t. 44. f. 5—7.
β. Major: diam. maj. 25, min. 21, alt. 14 mill. (Spec. gall.)
Helix cespitum var. Rossm. X. p. 12. f. 597.
Helicella Eurythmia Hartm. I. c. f. 1—4.
γ. Spira vix elevata, testa fusco-cornea, albo-fasciata: diam. maj. 17, min. 14, alt. 8½ mill. (Spec. sicil.)
δ. Praecedenti similis, alba, fasciis castaneis denticulatis.

Habitat in Gallia, Italia, Sicilia, Lusitania, Hispania etc., var. δ in Caucaso.

Obs. Huc referendae in collectionibus dispersae: H. leucophaea Parr., frutetorum et introducta Zgl., etc.

417. **H. sphaerita Hartmann.** †

T. aperte umbilicata, depressa, striata, alba, obsolete fasciata; sutura profunda; anfr. 6½ convexiusculi; apertura lunato-rotunda, marginibus distantioribus, perist. albo-labiatum. (Hartm.) — Diam. maj. 22, min. 19, alt. 13 mill. (ex ic.)

Helicella sphaerita Hartm. Gast. I. p. 147. t. 46. f. 4—6.

β. H. palmarum Parr. Hartm. l. c. t. 46. f. 1—3.

Habitat in Algeria prope Oran, var. β in Egypto.

418. **H. Krynickii Andrzejowski.**

T. rimato-perforata, depressa, striatula, nitida, nivea, apice cornea, fasciis variis nigris, ad basin fuscidulis, interruptis ornata; anfr. 5½—6 vix convexiusculi, ultimus inflatus, subdeviatus; umbilicus angustus, rimaeformis, non pervius, anfractum penultimum modo exhibens; apertura lunato-subcircularis; perist. acutum, intus albo-labiatum, marginibus conniventibus. — Diam. maj. 16, min. 13, alt. 8 mill. (Coll. Nr. 234.)

Helix Krynickii Andrz. Bull. Mosc. VI. p. 434.
— — *Kryn.* in Bull. Mosc. IX. p. 195. *)
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 240. t. 38. f. 1—3.
— *cespitum var.? Fér.* in Bull. zool. 1835. p. 21.
— *Babondubii Parr.* in sched. Ant. Verz. p. 37.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 23.

Habitat in Tauria et in Croatia.

Obs. Ex specimine authentico cognovi, H. Babondubii esse eandem speciem.

419. **H. obvia Hartmann.**

T. imperforata, subglobosa, striata, fasciata vel concolor; anfr. 5 convexiusculi, ultimus antice descendens; apertura late angulato-lunaris; perist. reflexum, labiatum, margine dextro arcuato, columellari illum superante, strictiusculo, dilatato, calloso; faux et perist. fusca vel nigricantia. — Diam. maj. 25, min. 21, alt. 15 mill. (Coll. Nr. 437.)

Helix nemoralis L. syst. ed. X. p. 773. ed. XII. p. 1247.
— — *Chemn.* IX. f. 1196—98.
— — *Drap.* p. 94. t. 6. f. 3—5.
— — (Helicogena) *Fér.* pr. 56. Hist. t. 32 A. f. 2. t. 33. t. 34. t. 39 A. f. 3. 4. (c. anim.)
— — *Lam.* 58. p. 81. ed. Dh. p. 53.
— — *Sturm* Fauna VI. 2. 6.
— — *C. Pfr.* I. p. 27. t. 2. f. 10. 11. III. t. 2. et t. 3.
— — *Rossm.* I. p. 57. f. 5. V. p. 6. f. 298. VIII. p. 26. f. 494.
— — *Guér.* Iconogr. Moll. t. 6. f. 7.
— — *Gray* Man. p. 132. t. 3. f. 23.
— — *Morelet* moll. du Port. p. 68.
— *cincta* et *quinquefasciata Shepp.* Linn. tr. XIV. p. 163.
— *turturum Stewart* el. nat. hist. II. 413. (Gray.)
— *etrusca Zgl.* Mus.
— *mutabilis β Hartm.* Neue Alpina I. p. 242.
Tachea nemoralis Leach Moll. p. 84.

Tachea nemoralis Hartm. Gast. I. p. 189. t. 68. 69.
Helicogena nemoralis Risso IV. p. 60.
— — *Küst.* Icon. Moll. et Test. P. I. Fasc. II. t. 2. f. 1—9.
Cepaea nemoralis Held in Isis 1837. p. 910.
β. Peristomate albo vel roseo, plerumque minor:
Helix hortensis Müll. verm. II. p. 57. N. 247.
— — *Chemn.* IX. f. 1199—1201.
— — *Drap.* p. 95. t. 6. f. 6.
— — (Helicogena) *Fér.* pr. 57. Hist. t. 35. t. 36. t. 39 B. f. 2. (c. anim.)
— — *Lam.* 59. p. 81. ed. Dh. p. 54.
— — *C. Pfr.* I. p. 29. t. 2. f. 12. 13. III. t. 2. 3. 4.
— — *Sturm* Fauna VI. 2. 7.
— — *Rossm.* I. p. 59. f. 6. V. p. 6. f. 299. 300.
— — *Gray* Man. p. 130. t. 3. f. 24.
— — *Gould* report p. 172.
— *hybrida Poir.* coq. fl. p. 71.
— — *Gray* Man. p. 132.
— *mutabilis* α *Hartm.* l. c. p. 242.
— *subglobosa Binn.* in Bost. journ. I. p. 485. t. 17.
Tachea hortensis Leach Moll. p. 85.
— — *Hartm.* Gast. I. p. 24. t. 9. 10.
Helicogena hortensis et *hybrida Beck* ind. p. 39.
Cepaea hortensis Held in Isis 1837. p. 910.
γ. Major:
Helix lucifuga Zgl. Mus.
— — *Hartm.* Gast. I. p. 191. t. 70.
— *nemoralis* (Cryptomphalus) *var. maxima Charp.* cat. moll. Suisse p. 7. t. 1. f. 5.
δ. Diaphana, citrina, perist. rubro-violaceo:
Helix libellula Risso IV. p. 62. t. 4. f. 21.
ε. Monstrosa sinistrorsa:
Chemn. IX. t. 109. f. 924. — ed. II. Helix t. 12. f. 3. 4.
Fér. hist. t. 34. f. 8. 9. t. 36. f. 10.
ζ. Scalaris:
Chemn. IX. t. 128. f. 1139. n. 2 et 3?
Fér. t. 28 B. f. 10. t. 32 A. f. 2. t. 36. f. 11. 12.
C. Pfr. III. t. 2. f. 6. 7.

Habitat in Europa media et boreali, nec non in America boreali. Var. insignis, fasciis pallidis, fusco-punctatis (Fér. t. 33. f. 4.) praesertim in Carniolia legitur.

Obs. H. nemoralis et hortensis specifice distingui non possunt, cum praeter colorem peristomatis et magnitudinem characteres nulli erui possint. (Conf. Voith in Zeitschr. f. Mal. 1845. Jun. p. 92.) Species valde variabilis quoad colorem sulphureum, citrinum, roseum, lateritium, fuscum, et quoad fasciarum numerum et dispositionem. (Conf. Martens in Act. Acad. Leop. Carol. 1832. VIII.)

724. H. sylvatica Draparnaud.

T. imperforata, depresso-globosa, albido-lutescens, striata, 5-fasciata: fasciis plerumque maculose interruptis vel laceris; anfr. 5 convexiusculi, ultimus antice vix descendens; apertura lunato-rotundata; perist. vix patulum, rectum, labiatum, margine columellari callo introrsum vix dilatato munito, maculaque umbilicali plerumque violaceo-rufis. — Diam. maj. 24, min. 21, alt. 15 mill. (Coll. Nr. 438.)

Helix sylvatica Drap. p. 93. t. 6. f. 1. 2.
— — (Helicogena) *Fér.* pr. 54. Hist. t. 30. f. 4. 6—8. t. 32 A. f. 8.
— — *Lam.* 60. p. 82. ed. Dh. p. 55.
— — *Rossm.* VIII. p. 27. f. 496.
— — *Gray* Man. p. 11. f. 1.
— *signata α Fér.* hist. t. 32 A. f. 3. 4?
— *mutabilis γ Hartm.* Neue Alpina I. p. 242.
— *nemoralis var. Desh.* in Lam. p. 55.
Tachea sylvatica Hartm. Gast. I. p. 214. t. 82.
Helicogena sylvatica Beck ind. p. 38.
Cepaea sylvatica Held in Isis 1837. p. 910.
β. Minor: diam. maj. 18, min. 16, alt. $12\frac{1}{2}$ mill. (Spec.)
γ. Scalaris? Fér. t. 32. f. 7.

Habitat in Gallia et Helvetia, var. β in Sabaudia.

Obs. Ab H. nemorali et vindobonensi jam primo aspectu differt peristomate non reflexo.

725. H. montana Studer.

T. imperforata, conico-globosa, leviter striata, nitidula, albida, fasciis 5 interruptis, fuscis ornata; spira conica, obtusiuscula; anfr. 5 convexi, ultimus antice deflexus; apertura rotundato-lunaris; perist. rectum, intus labiatum, marginibus subparallelis, columellari replicatim adnato, callo intus subabrupto, dentem simulante. — Diam. maj. 21, min. 19, alt. 15 mill. (Coll. Nr. 439.)

Helix montana Stud. in Coxe travels.
— — *Hartm.* in Sturm Fauna VI. 6. 5.
— *lucorum Razum.* hist. nat. du Jorat I. 274.
— *sylvatica Fér.* hist. t. 30. f. 9.
— — *Wood* suppl. t. 7. f. 5.
Tachea montana Hartm. Gast. I. p. 212. t. 81.

Habitat in Helvetia.

Obs. Differt ab H. sylvatica testa magis conica, anfractibus convexioribus, sutura magis impressa et callo dentiformi marginis basalis peristomatis.

726. H. alabastrites Michaud.

T. imperforata, depresso-globosa, subtiliter striata, nitida, alba, concolor vel fasciis 5 pallide fuscis ornata; spira convexa,

obtusa; anfr. 5 planulati, lente accrescentes, ultimus compressus, obsolete angulatus, antice subito valde deflexus; apertura fere horizontalis, angusta, lunato-ovalis; perist. intus vix labiatum, marginibus approximatis, callo tenui junctis, dextro arcuato, expanso, columellari strictiusculo, introrsum vix dilatato. — Diam. maj. 24, min. 19½, alt. 14 mill. (Coll. Nr. 440.)

Helix alabastrites et *soluta Mich.* cat. Moll. d'Alger.
— — *Terv.* cat. p. 18. t. 4. f. 1—3.
— — *Rossm.* IX. p. 4. f. 557—59.
— — *Wagn.* Alg. Atl. t. 12. f. 4.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 21. p. XV et 47. t. 6. f. 4. 5.
Helicogena alabastrites Beck ind. p. 39.

Habitat in Africa boreali: Algeria, Oran etc.

Obs. Variat spira elatiore: haec 5fasciata est H. soluta Mich. — Var. albam in Sicilia lectam esse affirmat Cl. Terver.

727. H. hieroglyphicula Michaud.

T. imperforata, depressa, solida, nitida, albido-carnea, fusco-atomata, fasciis 4—5 nigro-fuscis, superioribus plerumque maculose interruptis ornata; spira convexa, obtusa; anfr. 5 plani, summi carinati, ultimus antice valde deflexus; apertura ovato-lunaris, subhorizontalis, intus castanea; perist. obtusatum, marginibus subparallelis, callo lato, nitido, castaneo junctis, dextro leviter arcuato, sublabiato, columellari strictiore, calloso, gibbo, dentato fauceque castaneis. — Diam. maj. 24, min. 21, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 441.)

Helix hieroglyphicula Mich. cat. moll. d'Alger.
— — *Terv.* cat. p. 17. t. 4. f. 4—6.
— — *Rossm.* IX. p. 3. f. 555. 56.
— — *Wagn.* Alg. Atl. t. 12. f. 5.

Habitat in Africa boreali: Algeria, Oran etc.

728. H. marmorata Férussac.

T. imperforata, globoso-depressa, lutescenti-cornea, interrupte 5-fasciata, fusculo albidoque marmorata; anfr. 5 vix convexiusculi, ultimus antice deflexus; apertura late lunaris; perist. simplex, intus roseum, marginibus conniventibus, dextro patulo, columellari appresso, subdilatato, laevigato. — Diam. maj. 20, min. 17, alt. 11 mill. (Coll. Nr. 442.)

Helix marmorata (Helicogena) *Fér.* pr. 65. Hist. t. 40. f. 8.
— — *Rossm.* IV. p. 10. f. 243.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 10. t. 9. f. 1. 2.

Habitat prope Gibraltar.

729. H. melitensis Férussac.

T. imperforata, depresso-globosa, glabra, albida, unicolor vel maculis pallide fuscis, subseriatis nubeculata; anfr. 4 planiusculi, ultimus antice deflexus; apertura lunato-elliptica, intus livida; perist. album, reflexum, marginibus conniventibus, dextro arcuato, basali stricto, calloso. — Diam. maj. 19, min. 16, alt. 11 mill. (Coll. Nr. 443.)

Helix melitensis (Helicogena) *Fér.* pr. 58. Hist. t. 25. f. 11. 12.
— — *Wood* suppl. t. 7. f. 43.
— — *Pfr.* Symb. I. p. 38.
— — *Cantr.* Malac. p. 106. (inclus. H. soluta Mich. cat. f. 9. 10. et? Chemn. IX. 1191. 92.)

Habitat in insula Malta.

730. H. circumornata Férussac. †

T. imperforata, globoso-depressa, glabra, alba, fascia unica rufa in medio, et 3 seriebus macularum aurantio-fuscarum cingulata; anfr. 4 planulati, ultimus inflatus; apertura lunato-elliptica, intus fuscula; perist. subreflexum. — Diam. maj. 19, min. 15, alt. 11 mill. (ex ic.)

Helix circumornata (Helicogena) *Fér.* pr. 68. Hist. t. 41. f. 2.
— — *Wood* suppl. t. 7. f. 44.
— — *Voigt* in Cuv. Thierr. III. p. 54.
— — *Chemn.* ed. II. Helix Nr 432. t. 72. f. 10. 11.
Helicogena circumornata Beck ind. p. 39.

Habitat . . . ?

Obs. Similis H. carsolianae (Nr. 753.), sed omnino imperforata videtur; praeterea differt apertura elliptica, marginibus non approximatis.

731. H. stenostoma Pfr.

T. imperforata, globuloso-depressa, solida, sublaevigata, nitida, alba, fascia unica fusca ad peripheriam et macularum aurantiarum seriebus 2 ornata, punctisque griseis obsolete aspersa; anfr. 4½ vix convexiusculi, ultimus ventrosus, antice abrupte deflexus; apertura subhorizontalis, elliptica; perist. labiatum, album, marginibus approximatis, supero breviter expanso, basali arcuato, appresse reflexo. — Diam. maj. 15½, min. 13, alt. 9 mill. (Mus. Cuming.)

Helix stenostoma Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1846. p. 28.

Habitat . . . ?

Obs. Duo vidi specimina praeter magnitudinem prorsus aequalia.

732. **H. diaphana Lamarck.**

T. imperforata, subsemiglobosa, tenuis, sublaevigata, nitida, pellucida, corneo-lutescens; spira prominula, obtusa; anfr. 4 vix convexi, ultimus basi excavatus; columella profunde intrans, superne dilatata, albo-callosa; apertura lunato-subovalis; perist. simplex, margine dextro recto, columellari subdentato. — Diam. maj. 13½, min. 11½, alt. 8½ mill. (Spec. Mus. Berol.)

Helix diaphana Lam. 73. p. 85. ed. Dh. p. 62.
— — (Helicostyla) *Fér.* pr. 319 bis. Hist. t. 104. f. 1.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 434. t. 72. f. 15—18.
Otala diaphana Beck ind. p. 36.

Habitat in insula Teneriffa (Maugé, Lam.), Rio Janeiro? (Mus. Berol.)

Obs. Juxta H. nivosam Sow. (Nr. 497.) potius collocanda, etsi H. nemoralinae Petit peraffinis.

733. **H. nemoralina Petit.**

T. imperforata, depressa, subdiaphana, albido-rosea, tenuissime striata; spira obtusa; anfr. 4 planulati, ultimus fascia fusca, albo-marginata cinctus, antice deflexus; apertura lunato-rotundata; perist. roseum, intus labiatum, margine dextro subpatulo, columellari strictiusculo, dilatato, plano. — Diam. maj. 12¾, min. 10½, alt. 7¾ mill. (Coll. Nr. 444.)

Helix nemoralina Petit in Guér. mag. 1836. t. 80.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 435. t. 72. f. 19—21.
— . . . . *Fér.* hist. t. 29 A. f. 1—3.

Habitat in montibus insulae St. Thomas.

Obs. Hoc loco conferenda H. erubescens Lowe. (Nr. 709.)

734. **H. chrysomela Pfr.**

T. imperforata, depresso-globosa, rugoso-malleata, nitidula, alba; anfr. 5 planiusculi, ultimus subangulatus, basi planiusculus, antice breviter deflexus; apertura perobliqua, truncato-ovalis; perist. simplex, obtusum, intus aurantio-limbatum, marginibus callo aurantio, nitido, introrsum diffuso junctis, basali dilatato, planulato. — Diam. maj. 10, min. 8, alt. 6 mill. (Mus. Cuming.)

Helix chrysomela Pfr. Symb. III. p. 72.

Habitat in Brasilia.

735. **H. minoricensis Mittre.** †

T. imperforata, orbiculato-convexa, glabriuscula, albida aut lutescens, superne maculis fuscis interruptis, inferne aliis fasciam fingentibus ornata; anfr. 5 convexiusculi; spira prominula, apice

fusca; labrum margine reflexum; faux pallide rosea; columella subdentata. — Diam. 7 lin. (M.)

Helix minoricensis Mittre in Ann. sc. nat. XVIII. p. 188.
— — Arch. f. Naturg. 1843. II. p. 123.

Habitat in insula Minorca.

736. H. platychela Menke.

T. imperforata, subglobosa, caesio-albida, unicolor vel maculose 4-fasciata, subtiliter striata; spira conoidea; anfr. 5½ convexi, ultimus antice valde deflexus; apertura perobliqua, truncato-rotundata; perist. late expanso-reflexum, albo-sublabiatum, margine columellari calloso, gibbo. — Diam. maj. 24, min. 21, alt. 17 mill. (Coll. Nr. 445.)

Helix platychela Mke syn. ed. 2. p. 125.
— — *Rossm.* VII. p. 7. f. 443—445. X. p. 12. f. 593.
— — *Grat.* Bord. XI. p. 398. t. 1. f. 10.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 44. t. 9. f. 13. 14.
— *praetexta Jan. Phil.* Sicil. I. p. 129. t. 8. f. 12.
— *sicana var. Phil.* Sicil. II. p. 104.
Helicogena platychela a Beck ind. p. 39.
β? Major, fossilis:
Helix sphaeroidea Phil. Sicil. I. p. 135. t. 8. f. 19.

Habitat in Sicilia; var. β secundum Arad. et Magg. (cat. p. 67.) in littore Catanensi viva reperta est.

Obs. Variat forma magis conoidea vel depressa, nec non peristomate latiore et angustiore, forsan in sequentem abiens?

737. H. sicana Férussac.

T. imperforata, conoideo-globosa, alba, rarius fusco-fasciata, substriata; anfr. 5½ planiusculi, ultimus antice deflexus; apertura parva, perobliqua, irregulariter rotundato-lunata; perist. breviter reflexum, sub-albo-labiatum, marginibus approximatis, columellari gibbo. — Diam. maj. 21, min. 19, alt. 18 mill. (Coll. Nr. 446.)

Helix sicana Fér. hist. t. 28 B. f. 7.
— — *Lam.* ed. Dh. 215. p. 130.
— — *Rossm.* VII. p. 9. f. 446. 47. X. p. 12. f. 594. 96.
— *soluta (Zgl.) Phil.* Sicil. I. p. 129. t. 8. f. 15.

Habitat frequens in Sicilia.

§. 55.

738. H. candidissima Draparnaud.

T. subimperforata, globosa, solida, cretacea; anfr. 5 planiusculi, superi carinati (carina demum evanescente), ultimus antice

deflexus; apertura parva, lunata, subangulata; perist. subpatulum, hebes, intus subincrassatum, margine columellari strictiusculo, dilatato. — Diam. maj. 20, min. 17½, alt. 13—14 mill. (Coll. Nr. 447.)

Helix candidissima Drap. p. 89. t. 5. f. 19.
— — *Lam.* 57. p. 81. ed. Dh. p. 52.
— — *Fér.* hist. t. 27. f. 9. 10. t. 39 A. f. 2. (c. anim.)
— — *Rossm.* VI. p. 38. f. 367.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 31. t. 7. f. 5. 6.
Leucochroa candidissima Beck ind. p. 17.
β. Minor: diam. maj. 16, min. 14½, alt. 12 mill. (Spec.)
γ. Maxima: diam. maj. 25, min. 17½, alt. 20 mill. (Spec.)
Rossm. IX. p. 5. f. 560.
Terv. cat. p. 10. t. 4. f. 9.
δ. Subcarinata: diam. maj. 20, min. 18, alt. 13 mill. (Spec.)
Helix rimosa Jan, *Rossm.* VI. f. 367 b.
— *candidissima var. Fér.* hist. t. 27. f. 11—13.
— *depressa Mühlf.*
ε. Minor: sutura undulata:
Helix candidissima var. Fér. hist. t. 27 A. f. 7.

Habitat in littoribus mediterraneis Galliae, Italiae, Siciliae, in insulis Mariannis (Fér. in Voy. de Freyc. Zool. p. 468.); var. γ circa Oran Algeriae, δ in Sardinia.

Obs. Conf. H. cariosula Mich. (Nr. 564.)

739. H. Raspailii Payraudeau.

T. obtecte perforata, orbiculato-depressa, fusco-lutea, rufotrizona, striata, solidiuscula; anfr. 4½ planulati, ultimus antice subdeflexus; apertura peroblíqua, lunato-ovalis; perist. sordide labiatum, margine supero expanso, basali reflexo, columellari valde dilatato. — Diam. maj. 34, min. 28, alt. 17—18 mill. (Coll. Nr. 448.)

Helix Raspailii Payr. catal. p. 102. t. 5. f. 7. 8.
— — *Lam.* ed. Dh. 140. p. 93.
— — *Rossm.* VIII. p. 30. f. 505.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 438. t. 73. f. 1—3.
Campylaea Raspailii Beck ind. p. 26.

Habitat in insula Corsica.

Obs. Species H. planospirae, Sadlerianae etc. affinis, ob umbilicum plane consolidatum hic collocanda.

740. H. tudiculata Binney. †

T. imperforata, orbiculato-convexa, rufo-olivacea, fascia unica castanea cincta et impressionibus squamatis undique signata;

apertura transversa; labrum albidum, subreflexum; basis convexa. — Diam. 1 ¼ poll. (B.)

Helix tudiculata Binn. in Bost. journ. IV. p. 360. t. 20.

Habitat in California.

Obs. «Anfr. 5 — 6 convexiusculi; apertura suborbicularis; umbilicus callo testaceo tectus». — An H. californiensis Lea var.? (Conf. Nr. 890.)

741. H. alonensis Férussac.

T. obtecte perforata, depresso-globosa, solidiuscula, albida, varie fusco-fasciata vel marmorata, striis irregularibus lineisque spiralibus subtiliter decussata; anfr. 4½ convexiusculi, ultimus magnus, tumidus, antice breviter deflexus; apertura ampla, rotundato-lunaris; perist. simplex, intus albo-sublabiatum, marginibus subconniventibus, supero et basali vix expansis, columellari late reflexo, appresso, perforationem tegente. — R. a. = 5 : 8. — Diam. maj. 27, min. 22, alt. 16 mill. (Coll. Nr. 449.)

Helix alonensis (Helicogena) *Fér.* pr. 62. Hist. t. 39. f. 1 — 9. t. 39 B. f. 8.

— — *Lam.* 11. p. 68. ed. Dh. p. 34.

— — *Rossm.* VIII. p. 28. f. 497. 98.

— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 439. t. 73. f. 6. 7.

Habitat in Hispania: Alicante, Valencia, Almeria.

Obs. Conf. H. campesina Ezq. (Nr. 917.)

742. H. guttata Olivier.

T. obtecte perforata, depressa, superne planiuscula, basi convexior, tenuis, costulato-striata, grisea, interrupte fusco-fasciata; anfr. 4½ planulati, ultimus antice vix deflexus; apertura rotundato-lunaris; perist. expansum, intus sublabiatum, marginibus conniventibus, columellari dilatato, regionem umbilicalem prorsus tegente. — Diam. maj. 24, min. 18, alt. 11 mill. (Coll. Nr. 450.) — Diam. maj. 33, min. 26, alt. 19 mill. (ex ic. Fér.)

Helix guttata Oliv. voy. II. p. 334. t. 31. f. 8.

— — *Lam.* 38. p. 76. ed. Dh. p. 44.

— — (Helicogena) *Fér.* hist. t. 38. f. 2.

Habitat in Syria, Egypto.

743. H. niciensis Férussac.

T. obtecte perforata, globoso-depressa, striata, albida, maculose 5-fasciata; anfr. 5 planiusculi, ultimus antice deflexus; apertura transverse lunato-ovalis, intus lilacina; perist. intus lilacino-labiatum, margine supero patulo, basali appresse dilatato. — Diam. maj. 23, min. 19, alt. 12 mill. (Coll. Nr. 451.)

Helix niciensis (Helicogena) *Fér.* pr. 66. Hist. t. 39 A. f. 1. (anim. t. 10. f. 9.

Helix niciensis Lam. 64. p. 83. ed. Dh. p. 58.
— — *Mich.* compl. p. 20. t. 14. f. 7. 8.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 440. t. 73. f. 10—12.
— *nicaeensis Rossm.* IV. p. 10. f. 244.
Helicogena nicaeensis Risso IV. p. 61. t. 3. f. 19. 20.
— *Niciensis Beck* ind. p. 40.
β. Unicolor: Rossm. X. f. 601.
γ. Minor: Rossm. X. f. 602.
Habitat in Gallia meridionali et prope Nizza.

744. H. ovum reguli Lea.

T. obtecte perforata, depressa, laevigata, albida, punctis corneis aspersa et fulvo-fasciata; spira parum elevata; anfr. 5 vix convexiusculi, ultimus antice subito deflexus, basi subplanulatus; apertura subhorizontalis, intus nitida, rubro-fuscescens vel livida, transverse lunato-oblonga; perist. albo-labiatum, undique expansum, marginibus subparallelis, callo perforationem claudente junctis, basali dilatato, subexcavato. — Diam. maj. 21, min. 16, alt. 10 mill. (Mus. Cuming.)
Helix ovum reguli Lea obs. I. p. 164. t. 19. f. 61.
— — — *Phil.* Icon. III. 17. Helix t. 10. f. 6.
Habitat in insula Cuba (Lindon); nec in Java (Lea).

745. H. splendida Draparnaud.

T. obtecte perforata, globoso-depressa, albida, laeviuscula, fasciis 5 fuscis, saepe evanescentibus vel superne confluentibus ornata; anfr. 4—4½ convexiusculi, celeriter accrescentes, ultimus antice subdeflexus; apertura late ovalis; perist. rectum, albolabiatum, margine columellari dilatato foramen angustissimum obtegente. — Diam. maj. 20, min. 16, alt. 12 mill. (Coll. Nr. 452.)
Helix splendida Drap. p. 98. t 6. f. 9—11.
— — *Lam.* 62. p. 82. ed. Dh. p. 57.
— — (Helicogena) *Fér.* pr. 63. Hist. t. 40. f. 2—5. t. 39 B. f. 7. (c. anim.)
— — *Rossm.* IV. p. 8. f. 238.
— — *Wagn.* Alg. Atl. t. 12. f. 13.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 441. t. 73. f. 13—16.
β. Peristomate roseo-labiato:
Helix splendida var. Fér. t. 40. f. 1. 6.
— — *var. Rossm.* X. p. 13. f. 609.
γ. Minor, tenuis, rosea, pellucida, fasciis 5 subinterruptis.
Habitat in Gallia meridionali et Hispania, var. γ in Pyrenaeis.

746. H. phaeogramma Pfr.

T. obtecte perforata, orbiculato-convexa, glabriuscula, nitida, lineis laete castaneis superne radiata, basi castaneo-unifasciata;

anfr. 4½ vix convexiusculi, ultimus obsolete angulatus, basi planiusculus; apertura perobliqua, rotundato-lunaris; perist. intus castaneo-labiatum, marginibus conniventibus, supero parum expanso, basali dilatato, reflexo, appresso. — Diam. maj. 15, min. 12½, alt. 8½ mill. (Mus. Cuming.)

Helix phaeogramma Pfr. Symb. III. p. 72.

Habitat . . . ?

747. H. serpentina Férussac.

T. obtecte perforata, globoso-depressa, glabriuscula, alba, seriatim fusco-maculata et signata; anfr. 4½ convexiusculi, ultimus antice descendens; macula umbilicalis brunnea; apertura late lunaris; perist. patulum, albo-labiatum. — Diam. maj. 17, min. 15, alt. 9 mill. (Coll. Nr. 453.)

Helix serpentina (Helicogena) *Fér.* pr. 64. Hist. t. 40. f. 7.
— — *Lam.* 63. p. 83. ed. Dh. p. 58.
— — *Mich.* compl. p. 21. t. 14. f. 14. 15.
— — *Rossm.* IV. p. 9. f. 239.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 41. t. 9. f. 3—6.
— *muralis var. Cantr.* Malac. p. 109.

β. Major, anfr. 5, interrupte fasciata: diam. maj. 22, min. 18, alt. 12 mill. (Spec.)

Helix serpentina var. Rossm. IV. f. 240. 41.
— *hospitans Bonelli* in coll.
— *undulata Mich.* compl. p. 22. t. 14. f. 9. 10.
— *Magnettii Cantr.* Malac. p. 108.

γ. Nigricanti-marmorata, fasciis confluentibus, strigis fulminatis junctis: diam. maj. 20, min. 17, alt. 11½ mill. (Spec.)

Helix serpentina var. Rossm. IV. f. 242.
— *marmorata Collect.* Nec Fér.

δ.? Helix Carae Cantr. Mal. méd. p. 108. t. 5. f. 7? *)

Habitat in Italia, α prope Pisa et Livorno, β in Sardinia, δ (?) ad Capoterra prope Cagliari (Cantr.).

748. H. muralis Müller.

T. obtecte perforata, subdepressa, superne valide rugoso-costata, albida, fusco-maculata, basi obsoletius costata, unicolor, alba; anfr. 4½ convexiusculi, ultimus antice deflexus; apertura perobliqua, transverse subovalis, intus fusca; perist. albo-labiatum, acutum, marginibus vix conniventibus, dextro expanso,

*) T. orbiculato-convexa, depressiuscula, imperforata, glabra, lutescente, vermiculata, maculis fuscis serialibus angulatis picta; spira prominula aut subplana; apertura ovato-lunata, alba, macula rosea umbilicali insignita; labro margine reflexo; anfr. 5. — Alt. 8½, diam. 11 lin. (Cantr. l. c.)

basali levissime arcuato, reflexo, appresso. — Diam. maj. 19, min. 16⅔, alt. 9 mill. (Coll. Nr. 454.)

Helix muralis Müll. verm. II. p. 14. N. 213. (excl. synon.)
— — *Lam.* 90: p. 90. ed. Dh. p. 69.
— — (Helicogena) *Fér.* pr. 70. Hist. t. 41. f. 4.
— — *Phil.* Sicil. I. p. 126. t. 8. f. 8.
— — *Rossm.* IV. p. 6. f. 231 a.
— *rugulosa Risso* IV. p. 139? *) Teste Cantr.
— *rugosa Zgl.* Mus. (teste Rm.)
Guall. t. 3. f. F.

β. Minor, elatior, minus valide rugosa, superne albo, fusco et plumbeo variegata, subtus unifasciata: diam. maj. 17½, min. 15, alt. 10 mill. (Spec.)
Helix muralis var. Rossm. IV. f. 230.

γ. Minima: diam. maj. 15, min. 13⅓, alt. 8 mill.
Helix muralis var. Rossm. IV. f. 231 b.

Habitat in Italia et Sicilia, var. β reliquis multo frequentior.

Obs. Conf. H. Grohmanniana Ph. (Nr. 765.) et Paciniana Ph. (Nr. 766.)

749. **H. globularis Ziegler.**

T. obtecte perforata, globoso-depressa, albida, subseriatim fusco-maculosa vel unicolor, glabriuscula; spira elevatiuscula; anfr. 5 convexiusculi, ultimus antice subito deflexus; apertura irregulariter subrotunda, perobliqua; perist. reflexiusculum, album, marginibus approximatis, columellari strictiusculo, albocalloso, subdentato. — Diam. maj. 19, min. 16, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 455.)

Helix globularis Zgl. Mus. *Rossm.* VII. p. 7. f. 442.
— — *Phil.* Sicil. II. p. 104.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 43. t. 9. f. 9. 10.
— *sicula Pot.* et *Mich.* gal. I. p. 111?

Habitat in Sicilia (Phil.!) et ad Pola Istriae (Erdl).

750. **H. signata Férussac.**

T. obtecte perforata, subdepresse globosa, alba, fasciis sub-3 maculose interruptis, castaneis ornata, substriata; anfr. 5 planiusculi, ultimus descendens; apertura perobliqua, lunato-rotundata; perist. patulum, fusculum, albo-labiatum, marginibus subconniventibus, columellari calloso maculaque umbilicali fuscis. — Diam. maj. 22, min. 19, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 456.)

Helix signata (Helicogena) *Fér.* pr. 55. Hist. t. 30. f. 3.

---

*) T. rugulosa, subpellucida, subdepressa; anfr. 6, striolis valde irregularibus flexuosis sculptis; epidermide griseo-albido irrorata. — Long 0,018. (Risso l. c.)

Helix signata Rossm. XI. p. 2. f. 686.
— — *Phil.* Sicil. II. p. 103.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 42. t. 9. f. 7. 8.
— *ficuum Mühlf.* } (teste Beck.)
— *sicula Quibusd.* }
Helicogena signata Beck ind. p. 39.
β. Minor: diam. maj. $17\frac{1}{3}$, min. $15\frac{1}{3}$, alt. 11 mill.
Habitat in regno Neapolitano, prope Piedimonte d'Alife (Phil.).

Obs. 1. Differt ab H. globulari perist. minus expanso et margine columellari non stricto, neque dentato.
Obs. 2. H. signata var. α Fér. t. 32 A. f. 3. 4 ad H. sylvaticam referenda mihi videtur.

751. H. nebrodensis Mandralisca.

T. obtecte perforata, depressa, solidiuscula, nitida, striis incrementi et spiralibus minutissime decussata, unicolor albida vel interrupte fusco-fasciata; anfr. 5 vix convexiusculi, ultimus antice deflexus; columella breviter arcuata; apertura transverse ovalis, intus fuscidula; perist. album, labiatum, margine dextro vix patulo, basali stricto, subdentato, late reflexo, appresso. — Diam. maj. 25, min. $21\frac{1}{2}$, alt. 11—13 mill. (Coll. Nr. 457.)
Helix nebrodensis Mandral. cat. de Moll. delle Madon. p. 17.
— — *Phil.* Sicil. II. p. 218.
— — Zeitschr. f. Mal. 1844. p. 78 et 105.
Habitat in Nebrodum cacuminibus.

Obs. Differt ab H. globulari magnitudine, testa depressa, striis spiralibus, apertura ovali, etc.

752. H. simia Férussac. †

T. obtecte perforata, depresso-globosa, oblique striata, alba, cingulis 2 angustis, interruptis, flavidis ornata; spira subelata; anfr. 5 planuli, ultimus convexus; apertura lunato-elliptica; perist. reflexiusculum, roseum, margine columellari dilatato. — Diam. maj. 17, alt. 11 mill. (ex ic.)
Helix simia (Helicogena) *Fér.* hist. t. 28 B. f. 2.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 431. t. 72. f. 8. 9.
Theba simia Beck ind. p. 15.
Habitat in insula Madera (Beck).

753. H. carsoliana Férussac.

T. obtecte perforata, orbiculato-depressa, albida, maculato-4-fasciata, subtiliter striata; anfr. $4\frac{1}{2}$—5 convexiusculi; apertura perobliqua, ovalis; perist. patulo-subreflexum, plerumque fuscu-

lum, sublabiatum, marginibus approximatis. — Diam. maj. 17½, min. 15, alt. 8 mill. (Coll. Nr. 458.)

Helix carsoliana (Helicogena) *Fér.* pr. 67. Hist. t. 41. f. 1.
— — *Rossm.* VII. p. 6. f. 441.
— — *Phil.* Sicil. II. p. 104.
— *carseolana Fér.* pr. p. 67.
— *serpentina Phil.* Sicil. I. p. 128.
— *muralis var. Cantr.* Malac. p. 109.
Helicogena carseolana Beck ind. p. 39.

Habitat in Italia, Sicilia.

754. **H. Reinga Gray.**

T. obtecte perforata, globoso-depressa, solidula, oblique striatula, albida, fascia unica castanea pluribusque lineis aurantiis ornata; spira subelevata; anfr. 5½ convexiusculi, sensim accrescentes, ultimus subtus convexus, antice descendens; apertura perobliqua, angusta, subtriangulato-lunaris; perist. breviter expansum, intus albo-labiatum, margine columellari strictiusculo, obsolete et obtuse unidentato. — Diam. maj. 15, min. 13, alt. 10 mill. (Coll. Nr. 459.)

Helix Reinga Gray in sched. (New Zeal. t. 1. f. 11. 12. ined.)
— — *Pfr.* Symb. III. p. 73.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 443. t. 73. f. 8. 9.

Habitat in Nova Seelandia.

755. **H. Dringi Pfr.**

T. obtecte perforata, depressa, tenuis, fragilis, superne confertim plicatula, albida, opaca, lineis pellucidis cingulata; spira subplanulata; anfr. 4½ vix convexiusculi, ultimus latere subcompressus, basi laevigatus, inflatus; apertura lunaris, concolor; perist. expansum, intus subincrassatum, margine columellari breviter arcuato, dilatato, reflexo, appresso. — Diam. maj. 13, min. 11, alt. 7½ mill. (Mus. Cuming.)

Helix Dringi Pfr. Symb. III. p. 73.

Habitat in Australia orientali, prope «Torres-Strait» (Dring).

756. **H. calva Lowe.**

T. obtecte perforata, globoso-depressa, tenuiuscula, superne costulato-striata, basi laevigata, diaphana, corneo-albida, obsolete et anguste fusco-bifasciata; spira subsemiglobosa; anfr. 7 vix convexiusculi, ultimus antice vix descendens; apertura lunaris; perist. tenue, subexpansum, intus albo-labiatum, margine basali plane

arcuato. — Diam. maj. $8\frac{1}{2}$, min. 8, alt. 5 mill. (Coll. Nr. 460. Spec. Lowean.)

Helix calva Lowe Faun. Mader. p. 49. t. 5. f. 26.

Habitat in Maderae sylvis.

757. **H. albolabris Say.**

T. obtecte perforata, depresso-globosa, costulis obliquis striisque spiralibus obsoletis, confertissimis subdecussata, flava; spira parum elata; anfr. $5\frac{1}{2}$ convexiusculi; apertura rotundato-lunaris; perist. angulatim late reflexum, intus album, nitidum, callosum, ad columellam brevem, arcuatam dilatatum. — R. a. = 3 : 5. — Diam. maj. 36, min. 26, alt. 17—18 mill. (Coll. Nr. 461.)

Helix albolabris Say in Nichols. Enc. Conch. t. 1. f. 1.
— — *Say* Amer. Conch. t. 13. f. 1. 2.
— — (Helicogena) *Fér.* pr. 75. Hist. t. 43. f. 1—3.
— — *Binn.* in Bost. journ. I. p. 475. t. 13.
— — *Gould* report p. 170. f. 101.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 22.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 53. t. 15. f. 7. 8.
Tridopsis albolabris Beck ind. p. 22.
List. syn. t. 47. f. 45!
β. Magis globulosa: Fér. t. 43. f. 4. 5.
γ. Maxima: diam. 38, alt. 28 mill. (ic. Fer.)
Helix major Binn. in Bost. journ. I. p. 473. t. 12.
— *albolabris var. Fér.* t. 46 A. f. 7.

Habitat in America boreali: Missouri, Ohio, Georgia, Alabama, Florida etc.

Obs. Conf. H. zaleta Say. (Nr. 824.)

758. **H. multilineata Say.**

T. obtecte perforata, depresso-globosa, tenuis, pellucida, costulis minutis, obliquis, confertissimis ornata, corneo-straminea, cingulis variis (25—30) angustis rufis circumdata; anfr. 6 convexiusculi; apertura lunato-rotundata; perist. acutum, angulatim reflexum, margine columellari in laminam tenuem, umbilicum prorsus obtegentem, expanso. — Diam. maj. 23, min. 20, alt. 14 mill. (Coll. Nr. 462.)

Helix multilineata Say in Philad. journ. II. p. 150.
— — (Helicogena) *Fér.* hist. t. 46 A. f. 3.
— — *Binn.* in Bost. journ. I. p. 480. t. 14.
— — *Pfr.* Symb. I. p. 41.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 427. t. 71. f. 17. 18.
Eurycratera multilineata Beck ind. p. 45.

β. Minor, cingulis distantibus 6—7 lateritiis: diam. maj. 18, min. 16, alt. 11 mill. (Spec.)

Helix multilineata var. Chemn. l. c. t. 71. f. 19. 20.

Habitat in America boreali: Illinois et Missouri.

759. H. pennsylvanica Green.

T. obtecte perforata, subglobosa, tenuis, pellucida, luteo-cornea, subtiliter oblique costulata; anfr. 5 planiusculi, ultimus ad aperturam subconstrictus; apertura lunaris; perist. late reflexum, intus albo-labiatum, margine columellari subrecto, expanso, umbilicum obtegente. — Diam. maj. 17, min. 15, alt. 11—12 mill. (Coll. Nr. 463.)

Helix pennsylvanica Green Contrib. to Maclurian Lyc. N. 1. p. 8.
— — *Binn.* in Bost. journ. I. p. 483. t. 16.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 36.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 442. t. 73. f. 4. 5.
— *clausa Say* in Philad. journ. II. p. 154. Nec Rafin.
— — *Say* Amer. Conch. t. 37. f. 1.
— — *Binn.* in Bost. journ. I. p. 482. t. 15.
Tridopsis thyroidus var. edentula Beck ind. p. 23?

Habitat in Americâ boreali: Pennsylvania, Ohio, Illinois.

Obs. Differt ab H. multilineata spira elatiore et lamina umbilicum obtegente multo minus expansa, ab H. thyroide umbilico omnino clauso, apertura edentula, etc.

760. H. Mitchelliana Lea.

T. superne obtuse conica, inferne inflata, longitudinaliter et subtiliter striata, cornea, diaphana, imperforata; anfr. 5; apertura subrotundata; labrum subreflexum; columella laevis. — Diam. 0,7, long. 0,4 poll. (Lea.) — Diam. maj. 19, alt. 12 mill. (ex ic.) — Coll. Nr. 464?

Helix Mitchelliana Lea obs. II. p. 87. t. 23. f. 71.
— — ? *Chemn.* ed. II. Helix N. 332. t. 56. f. 6—8.

Habitat in America boreali: Ohio.

Obs. «Affinis clausae et jejunae Say. Striae majores, quam harum; labrum magis acutum, quam clausae». — Conf. H. thyroides Nr. 900.

761. H. plicaria Lamarck.

T. obtecte perforata, orbiculato-depressa, violacescenti-fusca, basi pallidior, oblique granulato-costata; anfr. 4½ convexi, ultimus antice valde deflexus; apertura subhorizontalis, angusta, subovalis, intus alba; perist. acutum, angulatim latissime expansum, intus incrassatum, marginibus callo junctis. — Diam. maj. 20, min. 16, alt. 10—11 mill. (Coll. Nr. 465.)

Helix plicaria Lam. Enc. méth. t. 462. f. 3.

Helix plicaria (Helicogena). *Fér.* pr. 74. Hist. t. 42. f. 4.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 426. t. 71. f. 13. 14.
— *plicatula Lam.* 81. p. 87. ed. Dh. p. 65.
— — *Blainv.* Malac. p. 460. t. 39. f. 1.
— *plicata Blainv.* Dict. sc. nat. XX. p. 425.
— *orbiculata Wood* suppl. t. 7. f. 2.
— *planorbula Gray.* (teste Villa cat.)
Otala plicatula Beck ind. p. 36.
Hemicycla plicaria Swains. Malac. p. 331.

Habitat in insula Teneriffa (Lam.), Portorico, St. Thomas (Fér.).

Obs. Huic sectioni adnumerandae forent nonnullae varietates Hel. desertorum Forsk. (Conf. Nr. 898.) — Conf. praeterea H. hians Nr. 1015.

§. 56.

762. H. lampas Müller.

T. imperforata, sublenticularis, tenuiuscula, fulva, subtiliter striata, cicatricosa, acute carinata; spira parum elevata; anfr. 5 planiusculi, ultimus antice breviter deflexus, basi convexior, lineis elevatis obsolete cinctus; apertura transversa, subtriangularis, intus nitide livida vel lutescens; perist. simplex, vix incrassatum, aurantium, margine dextro expanso, basali reflexo, appresso, columellari dilatato. — Diam. maj. 74, min. 64, alt. 29 mill. (Mus. Cuming. et Gruner.)

Helix lampas Müll. verm. II. p. 12. N. 211.
— — (Helicigona) *Fér.* pr. 138. Hist. t. 60. f. 2.
— — *Lam.* ed. Dh. 208. p. 127.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 33. t. 2. f. 1. 2.
— *Carocolla Chemn.* XI. p. 267. t. 208. f. 2044. 45.
— *carina Wood* suppl. t. 7. f. 57.
Carocolla magna Schumach. p. 192.
— *lampas Gray* in Ann. of Phil. New ser. IX. p. 412.
— — *Mke* syn. ed. 2. p. 24.
Discodoma gigas Swains. Malac. p. 329.
Knorr IV. t. 5. f. 2. 3?

Habitat in insula Haiti? (Beck.)

Obs. Conf. H. pyrostoma Fér. (Nr. 769.)

763. H. Spengleriana Pfr.

T. imperforata, depressa, solida, striata, nitida, pallide castanea; spira parum elevata, obtusa; anfr. $5^1/_2$, supremi plani, minutissime granulati, 2 ultimi convexi, ultimus medio obtuse carinatus, basi convexiusculus; apertura perobliqua, lunaris, intus fuscula; perist. late expansum, breviter reflexum, marginibus callo nitido junctis, basali sinuoso, reflexo, subappresso, colu-

mellari perdilatato, adnato, umbilicum prorsus tegente. — Diam. maj. 49, min. 44, alt. 26 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Spengleriana Pfr. in Proc. Zool Soc. 1846. p. 111.

Habitat in insula Jamaica (Gosse).

Obs. Affinis H. acutae et Bainbridgei.

764. H. Gualtierana Linn.

T. obtecte perforata, superne plana, subtus turgida, compresso-carinata, scabra, decussatim plicata, albida; anfr. 4 exserti, ultimus deflexus; apertura angulata, lunato-securiformis; perist. simplex, reflexum, margine columellari appresse dilatato. — Diam. maj. 43, min. 34, alt. 18 mill. (Coll. Nr. 466.)

Helix Gualtierana Linn. syst. ed. XII. p. 1243.
— — *Schröt.* Einl. II. p. 136 t. 4. f. 2. 3.
— *Gualteriana Gmel.* p. 3621. N. 33.
— — (Helicigona) *Fér.* pr. 137. Hist. t. 62. f. 1—5. (c. anim.).
— — *Mawe* t. 29. f. 3.
— — *Guér.* Iconogr. Moll. t. 6. f. 4.
— — *Rossm.* IV. p. 8. f. 237.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 118. t. 20. f. 5—7.
— *obversa Born* Test. p. 368. t. 13. f. 12. 13.
Carocolla Gualteriana Lam. 7. p. 97. ed. Dh. p. 146.
— — *Reeve* Conch. syst. II. t. 167. f. 6.
Iberus Gualterianus Montf. Conch. syst. p. 147. t. 37.
Discodoma Gualteriana Swains. Malac. p. 329.
Gualt. t. 68. f. E.
Chemn. V. vign. 44. p. 237.

Habitat in Hispania: Cadix, Almeria, Granada, Murcia.

765. H. Grohmanni Philippi.

T. obtecte perforata, orbiculato-depressa, carinata, subtiliter striata, albida, 3—4-seriatim fusco-maculata; anfr. 4½ subplanulati, ultimus antice subdeflexus; apertura securiformi-lunata, intus saturate fasciata; perist. simplex, margine supero subexpanso, basali appresse reflexo, ad columellam subdilatato, carneo. — Diam. maj. 21, min. 17½, alt. 9½ mill. (Coll. Nr. 466.)

Helix Grohmanni Phil. Sicil. I. p. 128. t. 8. f. 3. II. p. 104.
— — *Rossm.* VII. p. 9. f. 448.
Helicogena Grohemanni Beck ind. p. 40.

Habitat in Sicilia (raro prope Panormum).

Obs. Conf. H. muralis Müll. (Nr. 748.)

766. H. Paciniana Philippi.

T. obtecte perforata, depressa, carinata, rugosa, rugis albis, interstitiis lividis; anfr. 5 vix planiusculi, ultimus antice deflexus;

apertura angulato-lunaris; perist. reflexum, albo-labiatum, marginibus approximatis, columellari dilatato, appresso. — Diam. maj. 17, min. 15, alt. 8 mill. (Coll. Nr. 467.)

Helix Paciniana Phil. Sicil. I. p. 127. t. 8. f. 9. II. p. 105.
— *muralis var. carinata Fér.* hist. t. 41. f. 5.
— *victa Rossm.* IV. p. 7. f. 232.
Iberus Pacciniana Beck ind. p. 28.
Habitat in Sicilia occidentali.

767. H. squamosa Férussac. †

T. obtecte perforata, globoso-depressa, ad peripheriam carinata, transversim longitudinaliterque striata, luteo-fulva, fusco irregulariter maculata; carina squamosa; apertura semilunaris, minima; labrum reflexum, rubescens. (Dh.) — Diam. 7 lin. (Lam.) — Diam. maj. 18, min. 15, alt. 10 mill. (ex ic. Féruss.)

Helix squamosa (Helicogena) *Fér.* pr. 69. Hist. t. 41. f. 3.
— — *Lam.* ed. Dh. 214. p. 130.
— — *Wood* suppl. t. 7. f. 3.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 433. t. 72. f. 12—14.
— *macularia Lam.* 87. p. 89. ed. Dh. p. 68.
Otala macularia Beck ind. p. 36.
β? Depressa: diam. 16, alt. 10 mill.
Helix squamosa var. Grat. Bord. XI. p. 400. t. 1. f. 13. 14.
Habitat in ins. Portorico (Maugé, Lam.), var. β in ins. St. Thomas (Grat.).

Obs. Anfractus ultimus ex icone antice gibbosus et constrictus esse videtur.

768. H. Leachii Férussac.

T. obtecte perforata, depressa, utrinque convexa, oblique costulata, albida, crenulato-carinata; anfr. 4 planiusculi, ultimus basi inflatus, antice deflexus; apertura subelliptica; perist. superne expansum, basi reflexum, marginibus junctis, columellari umbilicum obtegente. — Diam. maj. 17, min. $15^1/_2$, alt. 10 mill. (Mus. Brit.)

Helix Leachii (Helicigona) *Fér.* pr. 174. Hist. t. 64. f. 2.
— — *Pfr.* Symb. III. p. 73.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 448. t. 74. f. 6. 7.
— *tripolitana Wood* suppl. t. 7. f. 33.
Carocolla tripolitana Gray in Ann. of Phil. New ser. IX. p. 412 *).
Leucochroa tripolitana Beck ind. p. 17.
Habitat in Africa boreali: circa Tripoli.

*) T. orbiculata, supra convexo-conica, marginibus carinatis, crenatis, infra convexa, imperforata, alba, pellucida, tenuis, concentrice acute corrugata; peristomate completo, albo, reflexo. — Axis $^1/_2$, diam. $^3/_4$ unc. (Gray l. c.)

§. 57.

769. H. pyrostoma Férussac.

T. imperforata, depressa, utrinque convexa, striatula, nitida, fulvescenti-alba, acute carinata; anfr. 4½ vix convexiusculi, ultimus infra carinam inflatus, antice deflexus; apertura irregulariter elliptica; perist. subincrassatum, late expansum, igneum, marginibus callo junctis, columellari dilatato, plano, obsolete dentato, basali reflexo. — Diam. maj. 61, min. 52, alt. 31 mill. (Mus. Cuming.)

Helix pyrostoma (Helicigona) *Fér.* pr. 139. Hist. t. 15. f. 3. 4.
— — *Pfr.* Symb. III. p. 73.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 401. t. 67. f. 4. 5.
Carocolla pyrostoma Gray in Ann. of Phil. New ser. IX. p. 412.
Habitat in India orientali? (Fér.)

Obs. Conf. H. lampas Müll. (Nr. 762.)

770. H. siquijorensis (Carocolla) Brodcrip.

T. imperforata, depressa, carinata, crassiuscula, oblique striatula, rufa, epidermide alba hydrophana obducta; spira parum exserta; sutura linearis; anfr. 4½ planulati, ultimus non deflexus; carina acuta; apertura securiformis; perist. intus nitidum, superne expansum, basi reflexum, ad columellam arcuatam subincrassatum. — R. a. = 17 : 24. — Diam. maj. 47, min. 41, alt. 22 mill. (Coll. Nr. 469.)

Carocolla Siquijorensis Brod. in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 38.
— — *Reeve* Conch. syst. II. t. 168. f. 15.
Helix Siquijorensis Pfr. Symb. II. p. 38.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 408. t. 69. f. 1. 2.
β. Minor, pallide lutescens: diam. maj. 41, min. 34, alt. 17 mill. (Spec.)
Helix siquijorensis var. Chemn. l. c. t. 69. f. 3. 4.
Habitat in insula Siquijor Philippinarum (Cuming).

771. H. Carmelita Férussac.

T. imperforata, suborbicularis, carinata, oblique striata, nitide castanea, fascia unica pallidiore supra carinam ornata; anfr. 4½ planulati, ultimus basi inflatus, antice vix descendens; apertura perobliqua, lunato-elliptica; perist. reflexum, intus album, marginibus callo lato junctis, columellari dilatato, introrsum obsolete unidentato. — Diam. maj. 46, min. 37, alt. 23 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Carmelita (Helicogena) *Fér.* pr. 85. Hist. t. 32. f. 4.
— — *Pfr.* Symb. III. p. 73.

Helix mora Gray in Griff. anim. kingd. t. 36. f. 1.
Caracolla carmelita Beck ind. p. 32.
Habitat in America (Fér.).

772. H. neogranadensis Pfr.

T. imperforata, depressa, carinata, tenuis, undique minutim granulata, saturate rufa; spira vix elevata; anfr. 4½ planiusculi, ultimus basi convexus, antice deflexus, constrictus; apertura perobliqua, lunato-rotundata; perist. carneum, simplex, expansum, reflexiusculum, marginibus callo tenui junctis, basali obsoletissime unidentato, columellari brevi, dilatato, appresso. — Diam. maj. 34, min. 28, alt. 15 mill. (Mus. Cuming.)
Helix Neogranadensis Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 64.
Habitat in monte Quendeu Novae Granadae.

773. H. zebuensis (Carocolla) Broderip.

T. imperforata, depressa, saturate rufa, epidermide liberea, hydrophana, rugulosa variegata vel omnino obducta, acute carinata, basi saepe multifasciata et radiata, apice nitida, nigricans; anfr. 4½ planiusculi, ultimus vix deflexus; columella subrecta, declivis, callosa; apertura securiformis, intus nitide coerulescens; perist. superne tenue, expansum, basi incrassatum, reflexum. — R. a. = 2 : 3. — Diam. maj. 40, min. 34, alt. 19 mill. (Coll. Nr. 470.)
Carocolla zebuensis Brod. in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 46.
— — *Reeve* Conch. syst. II. t. 168. f. 14. 16.
Caracolla zebuensis Hartm. Gast. I. p. 196. t. 75.
Helix zebuensis Pfr. Symb. II. p. 41.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 405. t. 68. f. 12. 13.
β. Minor: diam. maj. 33, min. 29, alt. 17 mill. (Spec.)
Helix zebuensis var. Chemn. l. c. t. 68. f. 14. 15.
Habitat in insula Zebu Philippinarum (Cuming).

Obs. Carina interdum in omnibus anfractibus acute exserta.

774. H. carbonaria Sowerby.

T. imperforata, subtrochiformis, laevis, purpureo-nigricans, epidermide fuscâ hydrophana oblique strigata, apice rubra vel violacea; sutura linearis; anfr. 5 planiusculi, ultimus carinatus, basi planus; columella subrecta, dilatata, fuscidula; apertura subtetragona, intus livida; perist. simplex, vix incrassatum. — Diam. maj. 31, min. 28½, alt. 24 mill. (Coll. Nr. 471.)
Helix carbonaria Sow. in sched. Cuming.
— — *Pfr.* in Proc. Zool. Soc. 1842 p. 86.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 24.

Helix carbonaria Chemn. ed. II. Helix N. 275. t. 47. f. 6—8.

β. Carina obtusiore, anfractu ultimo basi convexiore.

Habitat in insula Zebu Philippinarum (Cuming).

775. **H. angulata Férussac.**

T. imperforata, depressa, superne planiuscula, basi valde turgida, acute carinata, oblique striata, utrinque albida; anfr. 4 planulati, rapide accrescentes, ultimus basi perinflatus, juxta columellam declivem, strictiusculam subcompressus; apertura subrhombea; perist. subincrassatum, breviter reflexum. — Diam. maj. 51, min. 38, alt. 23 mill. (Mus. Cuming.)

Helix angulata (Helicigona) *Fér.* pr. 134. Hist. t. 64. f. 2.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 400. t. 67. f. 1. 2.
— *inflata Desh.* in Encycl. méth. II. p. 258. N. 131.
Carocolla inflata Lam. 6. p. 97. ed. Dh. p. 145.
— *angulata Gray* in Ann. of Phil. New ser. IX. p. 412.
Eurycratera acutangula Beck ind. p. 45.
Discodoma inflata Swains. Malac. p. 329.

Habitat in insula Portorico (Maugé, Fér.).

Obs. H. acutangula Burr. (elem. of Conch. p. 183. t. 26. f. 1.) a Cl. Beck huc relata, specimen potius H. papyraceae non adultum exhibere mihi videtur.

776. **H. obliterata Férussac.**

T. imperforata, orbiculata, carinata, supra subconica, subtus valde turgida, granulosa, sub epidermide fuscescente albicans; anfr. 4 subplanulati; columella alba, leviter arcuata; apertura angulato-lunaris, intus margaritacea; perist. subincrassatum, breviter reflexum, margine dilatato, calloso. — Diam. maj. 48, min. 36, alt. 27 mill. (Mus. Cuming.)

Helix obliterata (Helicigona) *Fér.* pr. 136. Hist. t. 61. f. 3.
— — *Desh.* in Encycl. méth. II. p. 258. N. 132.
— — *Lam.* ed. Dh. 199. p. 123.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 117. t. 20. f. 1. 2. t. 67. f. 3.
— *Gualteriana Chemn.* IX. P. 2. p. 83. t. 126. f. 1100. 1101.
— *inflata Küst.* in ind. fasc. 32 ed. nov. Chemn.
Carocolla bifasciata Schum. (Beck.)
Eurycratera inflata Beck ind. p. 45. (synon. nonnull. dub.)

β. Minor: diam. maj. 42, min. 32, alt. 24 mill. (Mus. Cuming.)
Helix obliterata var. Fér. t. 61. f. 4.

Habitat in insula Portorico (Maugé, Fér.).

777. **H. conformis Férussac.** †

T. imperforata, compressa, carinata, minute striata, alba; epidermide colore subfusco-fugaci picto; anfr. 3, ultimo magno,

dilatato; apertura magna; perist. reflexo, angusto; latere columellari depresso, recto. (Fér.) — Diam. maj. 35, min. 25, alt. 22 mill. (ex ic.)

Helix conformis (Helicogena) *Fér.* pr. 23. Hist. t. 25 A. f. 10.
— — *Fér.* Voy. de Freyc. Zool. p. 467. t. 64. f. 4. 5.
— — *Wood* suppl. t. 7. f. 37.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 428. t. 72. f. 1—3.
Eurycratera conformis Beck ind. p. 46.
Habitat in Archipelago Timoriensi (Fér.).

Obs. Cl. auctor speciem carinatam dicit; ex icone potius H. Valenciennesii et intortae affinem censuerim, sed nunquam specimen vidi descriptioni et figurae congruum.

778. H. puella (Carocolla) Broderip.

T. imperforata, globosa-depressa, tenuis, striatula, non nitens, alba, diaphana; spira fornicata; sutura linearis; anfr. 4 vix convexiusculi, rapide accrescentes, ultimus basi inflatus, medio carinatus, ad carinam fusco-cingulatus; columella declivis, strictiuscula; apertura irregulariter lunaris; perist. simplex, margine supero expanso, basali reflexo, cum columellari angulatim juncto. — Diam. maj. 36, min. 30, alt. 20 mill. (Coll. Nr. 472.)

Carocolla puella Brod. in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 45.
Helix puella Pfr. Symb. III. p. 74.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 406. t. 68. f. 3—5.
β. Minor, pellucida, hyalina, fascia rufa ad carinam, 2 ad suturam et basin: diam. maj. 29, min. 24, alt. 17 mill. (Coll. Saul.)
Habitat in insula Camiguing Philippinarum (Cuming).

Obs. Conferatur H. virgo Brod., huic persimilis (Nr. 571.).

779. H. Broderipi Pfr.

T. imperforata, globoso-depressa, striatula, tenuis, albida, carinata; spira vix elevata, apice fere impressa; anfr. 4 planulati, celeriter accrescentes, ultimus basi inflatus; columella strictiuscula, subdeclivis, superne intrans; apertura transverse late lunaris, intus nitida; perist. simplex, margine supero et basali expansis, columellari incrassato-reflexo. — Diam. maj. 43, min. 32, alt. 20 mill. (Coll. Nr. 473.)

Helix Broderipi Pfr. Symb. II. p. 69. III. p. 74.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 404. t. 68. f. 6. 7.
Carocolla dealbata Brod. in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 45.
Habitat in insula Siquijor Philippinarum (Cuming).

Obs. Differt ab H. puella spira depressa, anfractu ultimo minus convexo, apertura lunata, margine basali cum columellari vix angulum obsoletum formante. — Variat carina obtusa, fere obsoleta.

780. **H. angustata Férussac.**

T. imperforata, ovato-depressa, carinata, flavescenti-cinerea, striis spiralibus et transversis saturatioribus subdecussata; anfr. 4 planiusculi, ultimus a latere compressus, angustatus, antice gibbus, subdeflexus; apertura lunato-elliptica; perist. subreflexum, albidum, marginibus remotis, supero antrorsum arcuato, basali calloso, perdilatato. — Diam. maj. 33, min. 27, alt. 16 mill. (Coll. Nr. 474.)

Helix angustata (Helicigona) *Fér.* pr. 133. Hist. t. 61. f. 1.
— — *Pfr.* Symb. III. p. 74.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 699. t. 112. f. 1. 2.
Carocolla angustata Gray in Ann. of Phil. New ser. IX. p. 412.
Habitat in insulis Haiti et Jamaica. (Mke. in Zeitschr. f. Mal. 1845. p. 61.)

781. **H. Thersites (Carocolla) Broderip.**

